GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 37, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 37, [1] - -


Leibn. Marg

37

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 37, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 37, [2] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 37, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 37, [3] - -

PUBLIC DOMAIN

Vers.: Thomas White

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 37, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 37, [4] - -

PUBLIC DOMAIN

2

EUCLIDES METAPHYSICUS,

Sive,

De Principiis

SAPIENTIÆ,

Stoecheidea E.

Authore THOMA ANGLO
Ex ALBIIS *East-Saxonum.*

d. à Thomas White.

Sap. 7.

Sine fictione didici, & sine invidiâ communico.

Londini, *Typis* J. M. *Impensis* Jo. Martin, Ja. Allestry, & Tho. Dicas, *ad insigne Campanæ in Cœmeterio D. Pauli,*
1658.

1

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 37, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 37, [5] - -
PUBLIC DOMAIN

Clariſsimo & ſcientiſsimo Viro

Carolo SCARBOREO,

Incolumitatis Londinatium feliciſsimo & prudentſsimo Curatori;

μέγαλα μελετῶν.

ITerum *ad* Hiatricam, *iterum in* Hippocratis *umbram confu-*

giendum est? Et meritò;

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἀνδρῶν.

Tu inprimis, Medicinæ Ocule SCARBOREE, & primùm mihi. Cui enim præterea gallum debeo? Te Orphea, te Herculem agnosco, qui ex tenebris & Quartanæ carcere solares labores diutino tædio æquantibus me reducem & redivivum

divivum amiculis re-
ſtituiſti. Vive itaq; vi-
ve, Londini ornamen-
tum, Sanitatis publicæ
tutela, Angliæ *decus*,
Medicinæ *gloria, magni*
Magiſtri tui
HARVÆI, ingenii
& induſtriæ hæres. Qui
cælum Archimedæum
in *Microcoſmo* (*non*
ignobiliori invento) *æ-*
mulatus naturam, cry-
ſtallinis Staticarum *de-*

monſtrationum illigatam retibus, perviam vulgaribus oculis expoſuiſti. Qui Naturæ jura dans, quibus animalium viſceribus citra detrimentum parci potuerit, proditis palàm experimentis præſcripſiſti. Vive itaq; (& vives ſiquid mea carmina poſſunt) & quod molior de triumphatâ Principiorum Sapientiæ

tiæ

tiæ ignorantiâ Trophæum, tuâ priùs ſcientiâ comptum, tuâ commendatione æternum præſtato,

Salutem & ſua tibi debenti,

Tho. Albio.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 37, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 37, [11] - -
PUBLIC DOMAIN

Ad Lectorem.

Habes, studiose Lector, reliquam Elementorum partem, de quâ parcè præfandum est, cùm nox sit aliud quàm prioris operis extensio, ad novam (ut vocant) à materiâ abstractionem. Neq; sine exemplo duo, seu duarum scientiarum principia in unum opus compingo, cùm Geometra Elementarius Arithmetices, & Geometriæ tum planæ tum corporatæ initiationes in unum opusculum, non multò ponderosius nostro, compulerit. Tu agnosce propositam tibi scientialium principiorum tabulam. Cùm enim scientias universim per abstractionem ab individuis seu materiâ signata (ut loquuntur) per eam quæ est à materâ sensibili & tandem à materiâ

riâ intelligibili diſtrinxerint logici, Tres quoq́ Euclides *expectare fas erat, ut à cultu mentis inexcuſatus ſtares. Nunc ne ultra ſordeto in ſterquilinio diſputationum ſqualentium veritatiſq; exuccarum, ſed ſtabili, quâcunq́ ingrederis, incede gradu. Satius eſt paucos ſolidè promoveri paſſus quàm per millia lapſare. Aude, & ne te à Geometricarum viarum ignaro in teſqua ſeduci verearis, etiam illarum, appendiculæ inſtar, libum unum vel alterum guſtandum appoſui. Nil deſperandum cùm Deus ipſemet face, quaſi è pharo, prælucet, majora daturus omina, ſi lætus hæc acceptaveris.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 37, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 37, [13] - -
PUBLIC DOMAIN

ERRATA,

PAge 4 line 3, lege divisibilitas. Ib. l. 21. l faciet. p 6. l 9 dele, p 12 l 13 l quo. p 27 & 28 l Parallelepipedorum. p 40 l 6 l sunt. p 49 l 8 l determinationes. p 50 l 10 l determinationes. p 52 l 22 l in perfectam. p 53 l 10 11. adde per. p 58 l 28 adde esse. p 66 l 1 adde differentes. p 69 l 15 l significant. p 72 l 2 creata. p 75 l 6 l xxvii. p 84 l 8 l abstrahendo. p 85 l 17 l Animal ex p. 104 l 20 post consequentibus d, p 107 l 7 l ut. Ib. l 24 post corporis, adde erit. p 108 l 24 l ad. p 115 l 20 l corpus agere. Ib. l 21 set d. p 116 l 16 post pore adde, p 118 l pro & l est. Ib. l 117 post ipsum d, p. 128 l 3 post objecto adde, post clarum est d, Ib. l 15 rebus adde, p 139. l. 4 conjuncta. p 172 l. penultima adde ut.

STOECHEIDIS Z.

Definitiones.

1. *Formam, sive actum, dicimus prædicatum, inexistens subjecto, quam denominatio intrinseca significat.*

2. *Subjectum, vel materiam, sive potentiam dicimus, in quo est, & de quo est prædicabilis forma.*

3. *Ens, seu substantiam dicimus subjectum existentiæ, seu de quo*

Eſſe, in primariâ & propriâ ſignificatione, prædicatur.

4. Formam ſubſtantialem, ſeu actum primum, appellamus illud prædicatum, propter quod, tanquam primum, res dicitur Ens, ſeu Eſſe, in propriâ ſignificatione.

5. Materiam primam, ſeu potentiam puram dicimus eam, ſeu illud ſubjectum cui ineſt Forma ſubſtantialis, ſecundum quam res primò dicitur eſſe.

6. Unum compoſitione dicimus, quod, cùm non ſit diviſum, eſt tamen diviſibile.

7. Unum quantitativè, ſeu compoſitione quantitativâ & continui, cujus partes natæ ſunt poſt

post divisionem Esse in locis distinctis: unum verò compositione formali, cujus partes non sunt natæ habere diversa loca.

8. *Divisio est quâ plura fiunt ex uno.*

AXIOMATA.

AGere & pati est existentium seu suppositorum.


Quantitas, quantum est ex se, potest esse major & major sine termino.

Quod universaliter, & ex ordine naturæ, competit, est naturale.


Operatio est finis existendi, seu existere est propter operari.

EUCLI-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 37, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 37, [18] - -
PUBLIC DOMAIN




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 37, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 37, [19] - -
PUBLIC DOMAIN




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 37, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 37, [20] - -


PUBLIC DOMAIN





GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 37, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 37, [21] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 37, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 37, [22] - -

PUBLIC DOMAIN

EUCLIDES METAPHYSICUS.

Stœcheides Z.

De formis & compositione formali.

Propositio 1.

Datur compositio formalis inter Quantitatem & partes ipsius.

CUm enim locus & locatum sint unum quantitativè, præviè ad esse locatum & locum ad invicem, [b] & quantitas sit ipsa unitas quâ partes continui

[a] *α Prop.* 24.

[b] *α Prop.* 23.

quæ non ſunt actu, ſunt inter ſeſe in toto unitæ, & quæ ſunt unum non ſint plura, & quæ non ſunt plura non ſint actu, fit, quantitatem eſſe ipſam unitatem eorum quæ ſe habent ut locus & locatum, hoc eſt, partium in toto quanto. [c]Cùm itaque in motu locali fiat diviſio locati à loco, fit diviſio inter quantitatem quæ erat unitas loci & locati, & locum & locatum, quæ erant unita: Quare, cùm unitas ſit in iis quæ dicuntur unum, neque poſſit eſſe localiter ab iis ſeparatum, palàm eſt, compoſitionem formalem quantitatis ad partes eſſe realem, & quæ per diviſionem nata ſit tolli, quod erat intentum.

c. 2. Prop. 32.

Prop. II.

Prop. II.

Datur Compositio Formalis inter Quantitatem & quantum.

[a] CUm enim locatum non sit idem Ens quod locus, sunt duo Entia, seu duo entitativè & substantialiter, [b] & unum quantitativè, & locatum mutatur quantitativè per motum sed non substantialiter. Quare separatur seu dividitur locatum in motu à quantitate quam habebat, & conjungitur novæ. Est itaque divisibilitas realis inter locatum, hoc est, quantum, & quantitatem, quod erat intentum. Item, cùm [c] per motum localem aliquid acquirat majorem quantitatem, aliud minorem, palàm est ea dividi à suis quantitatibus; & proinde, cùm non

[a] α *Axiom.* 5.

[b] α *Prop.* 24.

[c] α *Prop.* 22.

sit hæc divisibilitas partium natarum occupare diversa loca,
d Def. 7. [d] diversibilitas inter quantitatem & quantum est realis, formalis.

Prop. III.

Quantitas, prout Condistincta à quanto seu substantiâ, non est Ens.

a Def. 3. [a] CUm enim Ens sit quod habet esse, si quantitas (ut condistincta adversus substantiam) foret Ens, Substantia & quantitas forent duo Entia.
b a Prop. 23. Quare, [b] cùm quantitas sit unitas & divisibilitas suarum par-
c Prop. 1. tium, [c] & unitas, seu divisibilitas cum partibus, faciat unum compositione, quantitas faciat unum compositione cum semetipsâ, & erit divisibilis à seipsâ.

Prop.

Prop. IV.

Datur compositio formalis in ipsâ substantiâ, prout condistincta est Quantitati.

[a]CUm enim quantitas non sit Ens, prout est condistincta contra substantiam, non est per se divisibilitas suî, sed substantiæ seu subjecti cui inest et de quo dicitur. Substantia itaque ad divisionem quantitatis manet divisa, & per consequens, non una sed plures substantiæ. Quare, [b]cùm forma substantialis sit quâ substantia sit substantia, necesse est priùs esse unam formam substantialem, &, pòst divisionem, plures. Manifestum itaque est (cùm esse unam & plures sint opposita) formam quæ erat una divisam esse à subje-

a *Prop.* 3.

b *Def.* 4.

cto in quo fuerat, & plures ei adveniſſe. Priùs itaque erat unum compoſitione ex ſubjecto ſeu materiâ & formâ quæ inerat, quod erat propoſitum.

Prop. V.

Subſtantia, prævièad quantitatem eſt, indiviſibilis diviſione continuitatis.

a Prop. 2. a CUm enim intercedat compoſitio formalis inter quantum & quantitatem, & quod eſt quantum, eo ipſo ſit Ens, ſequitur Ens eſſe prævium in quanto ad quantitatem. Quare, b cùm quantitas ſit ipſa unitas partium continui nondum diviſarum, manifeſtum eſt talem unitatem non eſſe in quanto, ſeu ſubſtantiâ prævièad quantitatem. Sed ubî non eſt unitas, non eſt diviſibilitas,

b Prop. 3.

bilitas, seu possibilitas ut tollatur unitas. Non est itaque in substantiâ, prævie ad quantitatem, divisibilitas continuitatis seu continui.

Prop. VI.

Materia prima, seu subjectum in compositione formali substantiæ, quoad intrinseca nata est, eadem quoad propria, esse in pluribus substantiis seu sub pluribus formis.

CUm enim in divisione a substantiæ secundum propria, quæ nascitur ex divisione corporis homogenei in partes quantitativas, materia habeat rationem subjecti dum unum fit plura, & per consequens sit communis terminis ex quo & ad quem, b neque sit divisibilis divisione continui, cùm

a *Prop. 4.*

b *Prop. 5.*

cùm ſit aliquid ſubſtantiæ acceptæ prævie ad quantitatem, fit, materiam non dividi ſeu fieri plures, quoad intrinſeca, per plurificationem ſubſtantiæ, & per conſequens eſſe eandem in ſubſtantiâ ex quâ factæ ſunt plures, & in ipſis pluribus factis. Eſt itaque eadem in pluribus ſubſtantiis, ſeu ſub pluribus formis ſubſtantialibus.

Prop. VII.

Materia, ſeu ſubjectum compoſitionis formalis ſubſtantiæ, quoad intrinſeca, non eſt compoſita compoſitione formali in ſuis intrinſecis.

a Def. 4. [a] CUm enim forma ſubſtantiæ ſeu ſubſtantialis ſit, quæ tribuat denominationem entis, & faciat ſubſtantiam capacem

pacem exiſtendi, materia autem, ut ſubjectum ipſius intelligatur præviè ad ipſam, palàm eſt ex propriis non habere actum aliquem, quo ſit ens, hoc eſt, quo ſit. Sed ſi foret compoſitio formalis in intrinſecis materiæ, foret actus & potentia, & actus futurus eſſet [d] quo materia ex intrinſecis eſſet ens, hoc eſt, foret forma ſubſtantialis. Non itaque materiæ ex propriis competit compoſitam eſſe compoſitione formali. b *Def.* 5.

Prop. VIII.

Materia prima nata eſt, quoad propria, eſſe eadem in corporibus denſis & raris.

[a] CUm enim materia ſit ſubjectum commune, dum ex uno corpore naturali fit aliud, & [b] contingat corpus rarum con- a *Prop.* 4. b γ *Prop.* 1.

condenſatione fieri aliud corpus naturale; & è contrà, corpus denſum rarefactione fieri novum corpus naturale, conſequens eſt eſſe potentiam ad formas utraſque, & entia utraque per eas conſtituta, & per conſequens in utriſque, ſecundum propria, ſeu ſecundum hanc potentialitatem reperiri.

Prop. IX.

Materia prima, quoad propria, eſt una & eadem in toto univerſo.

[a] CUm enim quæcunque ſunt in univerſo ſint compoſita ex elementis, elementa verò per diviſionem, & raritatis mutationē generentur & corrumpantur; [b] ſive autem unâ ſive alterâ viâ fiat, neceſſe ſit materiam eſſe eandem. Mixta verò [c] cùm non ſint, niſi quædam

a *y Prop.* 30.

b *Prop.* 6. & 8.

c *y Prop.* 21.

quædam aggregata partium elementariuin, neceſſe ſit eiſdem modis generari & corrumpi, [d] cætera verò corpora ſint quædam mixta; palàm fit, materiam primam in omnibus iis eandem eſſe, hoc eſt, in toto univerſo, cùm in hujuſmodi mutationibus neceſſe ſit eſſe eandem.

d 7 Prop. 30.

Prop. X.

Materia & forma non ſunt actu diſtinctæ in toto, ſed ipſum totum ſecundum quod eſt plures virtutes reales realiter ſeparabiles.

SI enim forent diſtinctæ in ipſo compoſito, verè forma eſſet non materia, & materia non forma in ratione entis, & per conſequens [a] ſingulæ forent ſubjecta exiſtentiæ ſimpliciter

a Def. 3.

citer dictæ, seu propriè essent & compositum foret ex duobus entibus, neque verè unum ens sed duo, cùm unitas & pluralitas non simul consistant. Est itaque Forma corpus, quatenus est distinctum, seu quo distinguitur ab aliis, & quo est hoc quod est; Materia verò est idem corpus, quatenus convenit cum aliis, seu quatenus est quo convenit cum aliis, & sustentat quod distinguitur ab aliis.

Prop. XI.

Non datur in rebus nisi una materia prima, seu pura potentia.

SUnto enim plures, putà A. & B. & sint duo actus ad quos dicantur C. & D. Vel A. dicetur communiter ad C.

&

& D. B. autem ad alterum tantùm, putà C. vel utraque potentia dicetur ad unicum actum, putà A. ad D. & B. ad C. Si A. dicitur ad utramvis indifferenter, palàm est A. esse potentiam magis puram quàm B. cùm esse potentiam ad rationem actûs communem ad C. & D. sit limitabile per esse potentiam ad C. solum. Quare B. non habet tantum de puritate potentiæ quantum A. & si sit minùs pura, eo ipso est mixta cum ratione actûs [a] & non pura. Si verò A. & B. dicantur ad singula C. & D. cùm possit intelligi potentia ad rationem actûs communem ad C. & D. per eandem ratiocinationem neutra erit pura potentia. Non est itaque possibilis alia pura potentia quàm una sola.

[a] Def. 5.

Prop.

Prop. XII.

Materia prima, ſecundum ſe conſiderata, eſt tota in toto univerſo, & tota in ſingulis partibus ſeu corporibus: Sed quoad exercitium potentiæ ſeu effectum, eſt tota in toto Univerſo, ſed diviſa in partibus ſeu ſingulis corporibus.

[a] *Prop. 11.* [a] CUm enim materia prima ſit in toto Univerſo, & in ſingulis corporibus ſeu partibus ipſius, [b] *Prop. 5. & 7.* [b] ſit autem ex propriis indiviſibilis & ſecundum continuitatem, & ſecundum formalem diviſionem, conſtans eſt eam eſſe, ut conſideratur in ſe, totam in toto, & totam in ſingulis partibus. Rurſus, cùm ſuſtineat plura corpora, putà omnia quæ ſunt in univerſo, ſint A, B, C, & palàm eſt quòd in

in A non ſuſtineat niſi A, & in B, non niſi B, & ſic in C; clarum itaq; eſt, vim ſuſtentativam, ſive capacitatem vel potentialitatem materiei, etſi quaſi entitativè ſit tota in A, non tamen quoad effectum & exercitium ipſius eſſe totum in A, ſed eſſe diviſum per A, B, & C, & in illis tribus adæquatè contineri. Exercitium itaq; & effecta indiviſibilis materiei ſunt diviſa & plura, & tota non niſi in omnibus partibus collectivè, in ſingulis verò una pars. Exercitium itaq; eſt totum in toto, ſed non totum in ſingulis partibus.

Prop.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 37, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 37, [37] - 15
PUBLIC DOMAIN

Prop. XIII.

Omne compositum ex potentiâ purâ & actu, seu ex materiâ & formâ, est quantum.

[a] Cum enim unica sit materia prima, & [b] illa ex suis propriis indivisibilis divisione continui, & per consequens [c] tota in singulis quantis, hoc est, tota quanta, neque possibile sit idem esse quantum & non quantum, materia in nullo ente est in quo non sit quanta. Cùm itaque materia non sit actu aliud quàm ipsum totum, ipsum totum ex materiâ & formâ erit quantum.

a *Prop.* 11.
b *Prop.* 5.
c *Prop.* 12.

Prop.

Prop. XIV.

Omne quantum est compositum ex materiâ primâ & formâ.

CUm enim omne quantum sit divisibile, & [a] quantitas non sit ex sese Ens, [a Prop. 3.] & per consequens, [b] divisibilitas sui subjecti seu substantiæ in quâ est, sit, omnem substantiam quantam esse divisibilem & plurificabilem, & per consequens habere in sese potentiam quâ possit esse plures & una, hoc est, quæ possit esse sub pluribus actibus. Est itaque in omni substantiâ quantâ compositio ex actu & potentia. [b Prop. 4.]

Prop.

Prop. XV.

Diviſibilitas in actum & potentiam non eſt æquè propriè dicta atque diviſibilitas in partes continui.

CUm enim diviſio ſit quâ plura fiunt ex uno, illa diviſio ſeu diviſibilitas eſt propriè dicta, poſt quam partes manent verè plura, quod palàm eſt in diviſione continui contingere, in quâ ſingulæ partes ſunt ſubjecta exiſtentiæ. [a]Cùm itaque potentia & actus dicantur ad idem eſſe, & per conſequens utraque ſeparatim non ſint capacia exiſtentiæ, & in compoſitione ſubſtantiali neutra pars ſeparatim plerunque ſit capax exiſtentiæ, evidens eſt diviſibilitatem & diviſionem in actum & potentiam

a *Prop.* 3. & 10.

am non æquè propriè dici, ac dicatur divisibilitas in partes continui.

Prop. XVI.

Continuum, secundum partes inexistentes, natum est agere & pati à se vel ab aliis.

CUm enim quantum continuum non sit, nisi ipsæ partes in potentia quæ per divisionem fiunt actu; quando autem sunt actu natæ sint agere & pati ab invicem, palàm est in toto eandem virtutem in iis esse. Sed quoniam in toto actu nihil est actu nisi ipsum totum, [a] agere autem & pati non sint nisi existentium, palàm est has virtutes non aliter esse in toto quàm ut totum per illas agat. Sit itaq; totum A B, & partes ipsius A C, C B, & habebit in

[a] *Axio.* 1.

A C, virtutem agendi & in C B, virtutem patiendi: Clarum itaq; eſt, quòd in virtute A C poterit agere, & ex virtute C B pati. Natum eſt itaq; totum continuum, quantum ex vi continui eſt, agere & pati à ſemetipſo, &, à fortiori, in alia vel ab iis.

Prop. XVII.

Compoſitum compoſitione formali non eſt natum ex vi compoſitionis per unam partem agere in reliquam, vel pati ſecundum unam partem, & non ſecundum aliam ab aliis.

a *Axiom.* 1.
b *Prop.* 15.

[a] Cum enim agere vel pati ſit exiſtentium, [b] partes autem in compoſitione formali ex vi compoſitionis non ſint tales ut reſolutæ habeant exiſtentias proprias, palàm eſt neque

neque habere posse vim agendi & patiendi ex sese, neq; posse tribuere eam toti sed illam primò & per se inèsse toti, & non partibus nisi dum existunt in toto; Quare neq; totum habere posse vim agendi secundum unam partem in aliam, aut patiendi secundum alteram ab ipsâ.

Prop. XVIII.

In singulis substantiis sunt singulæ formæ substantiales.

[a] CUm enim materia ex sese [a] *Prop. 9. & 10.* sit in omnibus corporibus eadem, palàm est omnes formas substantiales esse in eâdem materiâ primâ. Quare, [b] cùm in substantia non sit essentialiter nisi forma & materia (prima siquidem forma dat esse simpliciter, hoc est, facit sub- [b] *Prop. 17.*

ſtantiam) diſtinctio ſubſtantiarum non eſt à materiâ ſed tantum à formâ. Cùm itaq; formæ ſit diſtinguere, ſi ſint duæ formæ ſubſtantiales, utraque diſtinguet totum, &, per conſequens, una faciet ſubſtantiam ſibi propriam, ſeu quæ ſit ſubſtantia, quia per ipſam eſt, & reliqua ſimpliciter, erunt itaq; duæ ſubſtantiæ & non una ſola.

Prop. XIX.

Si foret unicum corpus perfectè homogeneum, partes ipſius, quoad cætera pares, non forent ſitu diſtinctæ.

ESto enim corpus quidem homogeneum A. duæ partes ipſius cætera pares, videlicet quantitate, figurâ, denſitate, &c, ſed ſitu diverſæ B & C,

Dico

Dico in parte B nihil esse quo diversificetur à parte C.

Cùm enim sint cætera pares, vel pars B potest intelligi in situ partis C, vel non potest. Si potest, jam B erit C, nam neq; situ, neq; alio quoquam erit diversa. Si non potest, ergò jam est, præter situm, aliquid propter quod non possit intelligi in situ C contra suppositionem.

Prop. XX.

Si rerum natura foret unicum corpus perfectè homogeneum, non posset secundum partes aliquas moveri.

CUm enim in corpore perfectè homogeneo si moveatur secundum partes, non intelligeretur mutatio facta nisi secundum solum situm, partes autem secundum situm non

sint distinctæ, non potest intelligi quòd pars aliqua mutet locum, sed semper eædem partes sint in eodem situ; non itaq; potest intelligi motus localis secundum partes.

Prop. XXI.

Si foret corpus substantialiter homogeneum, quantumvis partes ipsius forent accidentaliter heterogeneæ, non posset secundum partes moveri.

CUm enim varietas partium foret accidentalis, posset proprietas unius cujuslibet in aliâ ejusdem magnitudinis reperiri. Manifestum itaq; est, partem unam non esse aliam à qualibet ejusdem magnitudinis per vel propter varietatem talium accidentium.

Quare,

[a]Quare, cùm propter ſitum etiam non ſint diſtinctæ, non eſt una aliqua pars quæ poſſit ſitum mutare; non itaque poſſet hujuſmodi corpus ſecundum partes motum intelligi. [a] *Prop.* 19.

Prop. XXII.

Corpora naturalia fluida, quæ apparent eſſe homogenea, reipſâ ſunt plena heterogeneis corpuſculis undiq; permixtis.

[a]Cùm enim corpus homogeneum non poſſit moveri ſecundum partes, quantumvis accidentaliter variatas; videamus autem illa moveri ſecundum partes, palàm eſt, non eſſe perfecte homogenea, ſed, cùm dividitur homogeneum, inter partes ipſius ingredi corpus aliquod heterogeneum. [a] *Prop.* 21.

Prop. XXIII.

Prævie ad divisionem & motum localem, requisita sunt plura corpora essentialiter distincta, & per raritatem & densitatem diversificata.

a *Prop.* 21. [a] CUm enim homogeneum corpus non possit moveri secundum partes, quantumvis accidentaliter variatas, quia non est vera distinctio partium, necesse est, aliquam distinctionem in substantiâ, prævie ad divisionem reperiri, ut possit esse distinctio dividentis & divisibilis. Rursus, [b] quia æquè divisibilia non sese dividunt, necesse est dividentia esse densa, divisibilia rara. Prævie itaq; ad divisionem &c.

b *a Prop.* 33.

Prop.

Prop. XXIV.

Si ſint duo quanta, alterum magis alterum minùs denſum, poſſibile eſt invenire tertium, quod, in quantitate æquali ei quam ambo faciant, habeat denſitatem homogeneam æquivalentem raritati & denſitati utriusq;.

ESto enim corpus rarius A. & denſius B. & ſint in forma parallelopipedorum habentium latitudines & profunditates æquales, & mobile C. actum ab virtute D. ſemper uniformiter quantum eſt ex vi virtutis D. dividat utrumq; ſucceſſivè, & ſit tempus, in quo fit diviſio, E. Accipiatur rurſus corpus F. ejuſdem quantitatis cum utroq; A. & B.

& in figurâ parallelopipedi æqualis latitudinis & profunditatis cum utroque parallelopipedo A. & B. simul sumptis, & dividatur à mobili C. acto à virtute D. uniformiter, & tempus, quo pertransit F. sit G. Et vel tempus G. est æquale tempori E. vel non. Si est, dico corpus F. esse corpus postulatum. Si non, fiat corpus H. æquale & simile corpori F. cujus gradus raritatis & densitatis sit ad gradum densiratis & raritatis corporis F. sicut tempus E. ad tempus G. & dico corpus H. esse corpus quæsitum.

a βPro. 19. a Cùm enim virtus nata dividere dati rari datam quantitatem in horâ nata sit dividere duplam quantitatem medii duplo rarioris in horâ cæteris paribus, palàm est,

est, reciproca esse tempora motuum ejusdem corporis in æqualibus diversorum graduum raritatis mediis ad ipsos eorundem spatiorum. Moveatur itaq; mobile C. à virtute D. per spatium H. in tempore K. & sicut est tempus K. ad tempus G. sic erit gradus densitatis corporis F. ad corpus H. sed, cùm tota difficultas, motûs sit in gradibus divibilitatis medii cæteris paribus, & motus per A. B. factus sit in tempore E. motus quoq; factus per F. sit in tempore G. patet, divisibilitatem, hoc est, gradum raritatis & densitatis corporis F. ad divisibilitatem A. B. esse sicut E. ad G. Sed sic facta est raritas corporis H. ad corpus F. ergò raritas corporis H. est æqualis rari tati duorum A. & B. quod erat intentum.

Prop. XXV.

Datur certus gradus raritatis & denſitatis, in quo corpus homogeneum æquali univerſo, ſecundum raritatem, & denſitatem, æquivaleret omnibus gradibus rarorum & denſorum qui ſunt in rerũ naturâ.

[a] *a Prop. 21.* CUm enim univerſum ſit finitum, & quanti finiti partes aſſignabiles ſint finitæ, corporum, ſecundum raritatem & denſitatem, diverſificatorum multitudo eſt finita. Et quoniam quæ de minore multitudine aſſeruntur, poſſunt proportionaliter affirmari de majori; Eſto numerus corporum variatorum, ſecundum gradus raritatis & denſitatis, duodecim, ſive ſex paria, [b] & quia

[b] *Prop. 24.*

quia ſingulis paribus poteſt inveniri tertium æquale & æquivalens, data erunt tria æqualia & æquivalentia ſex paribus. Et quia rurſus duobus horum trium inveniri poteſt tertium æquale & æquivalens, & iterum duobus reliquis unum æquale & æquivalens, evidens fit, hoc unum ſex paribus, hoc eſt, toti univerſo eſſe æquivalens, ſecundum gradus rari & denſi in ipſâ quantitate univerſi; quod erat propoſitum.

Prop.

Prop. XXVI.

Corpora naturalia ſunt ſimpliciter rara, & denſa, quatenus excedunt gradum raritatis & denſitatis homogeneum in quantitate univerſi æqualem omnibus gradibus ſingulorum corporum.

[a] Cum enim omne quantum ſit compoſitum ex materiâ & formâ, & omne compoſitum ex materiâ & formâ ſit corpus, [b] & poſſibilis ſit unica materia, [c] incrementi autem quantitatis ex ſeſe & ſuis proprijs nullus ſit finis, ſit, capacitatem materiei eſſe adæquatam infinitati quantitatis, ſicut vas æquale dicitur liquori nato illud implere. Cúmq; rurſus evidens ſit, [d] Mundum eſſe

a *Prop.* 13. & 14.

b *Prop.* 11.

c *Axiom.* 2.

d a *Prp.* 21.

esse finitum, evidens etiam est, mundum non esse rarissimum corporum, sed in certo gradu densitatis; [c] illo nempe, qui æquvalet raritati & densitati omnium singularium corporum. Quare, cùm omnia singularia non possint comparari nisi secundum regulam ad omnia pertinentem, hoc est, respectu totius universi, palàm est, illa dici rara vel densa rerespectu gradûs ad ipsum universum pertinentis, quod erat intentum.

c *Prop.* 25.

Prop. XXVII.

Rarum et densum sunt primæ differentiæ quanti, ut sic.

CUm enim primum quod de quanto intelligitur, sit quantitatem esse in subjecto,

[a] non

a *Axio.7.*[a] non poſſit autem intelligi quantitatem eſſe in ſubjecto, ſeu quantum eſſe, niſi determinatè; ineſſe autem determinatè, ſit eſſe in certo gradu rari vel denſi, palàm eſt, raritatem & denſitatem pertinere ad ipſam conſtitutionem quanti, &, per conſequens, eſſe maximè internas & eſſentiales differentias quæ quanto, ut tali, competere poſſunt.

Prop. XXVIII.

Habere quantitatem, eſt de eſſentiâ corporis quod eſt Quantum.

CUm enim corpus quod eſt quantum ſeu compoſitum ex materiâ & formâ ſit eſſen-
a *Def.3.* tialiter Ens, [a] & eſſentia entis ſit eſſe ſubjectum aptum exiſtentiæ

ſtentiæ [b] & exiſtenti eſſe determinatum & ſingulare, non indifferens ad hoc vel illud, & de quo poteſt plùs vel minùs accipi non ſit determinatum, niſi determinatè tantùm accipiatur; [c] omne autem compoſitum ex materiâ & formâ, natum ſit eſſe quantum, &, per conſequens, plùs aut minùs de tali ſubſtantiâ poſſit accipi, manifeſtum eſt, eſſe de eſſentiâ compoſiti hnjuſmodi, non ſolùm habere quantitatem, ſed quantitatem ipſius eſſe determinatam. Habere itaq; quantitatem, & quantitatem eſſe determinatam, eſt de eſſentiâ omnis corporis quod eſt quantum; ut erat propoſitum.

b *α Axio. 7.*

c *Prop. 13.*

Prop.

Prop. XXIX.

Siqua ſunt corpora ſimplicia, hoc eſt, per puras Quanti differentias conſtituta, certa raritas et denſitas ſunt differentiæ eſſentiâles & conſtitutvæ eorum.

a *Prop.*28. [a] CUm enim habere quantitatem ſit de eſſentiá corporis, differentiæ per ſe habendi quantitatem erunt eſſentiales, & conſtitutivæ differentiæ ſpecierum corporis; b *Prop.*27. [b] cùm itaq; raritas & denſitas ſint primæ differentiæ quanti, erunt etiam primæ & conſtitutivæ differentiæ ſpecierum corporis ut corporis (hoc eſt Entium, per puras quanti differentias conſtitutorum) ſi quæ tales ſunt. Quare, cùm differentiæ

ferentiæ sint determinativæ,&, per consequens, determinatæ, clarum est, etsi contingat in hujusmodi ente esse plures gradus raritatis & densitatis, tamen unum certum gradum esse essentialem & constitutivum ipsius.

Prop. XXX.

Nullum corpus est activum ex sese.

[a] Cum enim quantum, ut tale, sit divisibile, rarum verò & densum esse magis seu faciliùs, & minùs vel difficiliùs divisibile, hæc autem omnia sint esse passiva, palàm est, corpus & species natas per proprias differentias ipsius non esse activas. Quare, [b] cùm cætera corpora, præter ea quæ his differentiis

[a] α Prop. 33.

[b] γ Prop. 30.

tiisconſtituuntur, ſint mixta ſeu compoſita ex his virtutibus ſimplicium manentibus, &, per conſequens, non poſſint habere differentias ſubſtantiales, niſi ex his compoſitas, clarum eſt, non habere ex eſſentialibus ſuis eſſe activa; Nullum itaq; corpus ex ſeſe eſt activum.

Prop. XXXI.

Corpus eſt eſſentialiter inſtrumentum.

a *Per plures prop.*
b *β Prop. 3. & 4.*
c *Axio. 3.*
d *Axio. 4.*

[a]Cum enim evidens ſit corpora omnia agere in ſeſe invicem, [b] neque poſſint ex ſuis propriis vel ſeſe vel alia mutare & movere; [c] quod autem univerſaliter & ex ordine naturæ competit, non poſſit dubitari quin ſit naturale, clarum eſt, naturale eſſe omni corpori accipere ab alio operari. [d] Quare, cum

cum operari ſit finis exiſtendi, &, per conſequens, ſit eſſentialis ordo corporis ad operationem, conſequens eſt, eſſentialiter corpus eſſe ſubordinatum alteri, & ipſius inſtrumentum; quod erat propoſitum.

Prop. XXXII.

Quæcunq; ſunt in Ente materiali præter materiam, ſunt determinationes materiæ

CUm enim non poſſint eſſe entitates adjectitiæ (forent enim alia entia, & non in hoc ente quomodocunq; conjuncta ponantur) erunt identificata, &, per conſequens, prædicabilia de ente, ut poſſit dici, hoc eſt illud; ſi autem poſſit dici hoc eſt illud, conſequentur ad definitionem entis, ſeu ad quid res ſit; &, per conſequens, ſi non

non pertinent ad existentiam, consequentur vel ad genus vel ad differentiam. Si ad genericam rationem puram, quæq; nullam habeant differentiam, sint prædicata declarantia naturam materiæ, seu quid res sit ex vi materiæ: sin ad differentiam pertinent, clarè sunt denominationes genericæ alicujus notionis; quod erat intentum.

Prop. XXXIII.

Omnis operatio corporea vel est rarefactio vel condensatio, aut motus localis, vel ex his composita.

a *Prop.* 32. [a] Cum enim quæcunq; sunt in ente materiali, sint ipb *Prop.* 27. sius denominationes, [b] & primæ determinationes seu universalissimæ sint raritas & den- c α *Prop.* sitas, [c] densum verò impulsum dividat

dividat rarius,[d] & moveat aliud ante se,[e] in omni autem motu aliquid condensetur,[f] & aliquid comprimatur, fit motus proprios rarorum & densorum, hoc est, Elementorum, esse divisionem seu motum localem, & rarefactionem & condensationem. Quare, cum cætera sint mixta, [g] & mixta elementorum vires retineant, palàm est, reliquas operationes corporum esse compositas ex rarefactione, condensatione, & divisione, seu motu locali, quod erat intentum.

d β *Prop.* 21.
e β *Prop.* 22.
f δ *Prop.* 23.
g γ *Prop.* 21.

Sto-

STOECHEIDIS II.

Definitiones.

1. *EDuci de potentiâ ſubjecti formam dicimus cùm actio Agentis pendet à ſubjecto ex quo dicitur educi.*

2. *Dicitur aliquid eſſe idæaliter ab alio, quando perfectio ipſius eſt eſſe quale illud eſt à quo eſt, ſicut perfectio imaginis eſt eſſe quàm ſimillimam prototypo.*

3. *Spiritus, ſeu ſubſtantia ſpiritualis, eſt Ens immateriale, ſeu ſubſtantia non quanta.*

4. *Naturam dicimus virtutem illam quâ conſervatur mundus & ordo ipſius.*

AXIO-

AXIOMATA.

1. ESſe *conſtituit partem contradictionis, & ſine* Eſſe *non poteſt formari contradictio; verbi gr. Homo eſt, & Homo non eſt, ſunt contradictoriæ; non autem Homo & non Homo.*

2. *Quod non exiſtit, eſt verè et propriè nihil.*

3. *Eadem vox non poteſt ſignificare contradictoria in eâdem ſignificatione.*

4. *Agens intendit introducere formam ſecundum quam agit.*

STOE-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 37, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 37, [65] - 43
PUBLIC DOMAIN

Stœcheides H.

De Essentiâ & Existentiâ, & divisione Entium per illas.

Propositio 1.

Si detur Ens in cujus notione inclusa sit existentia, illud ens non potest non existere.

ESto enim Ens hujusmodi & dicatur *A existens*. Et quando quidem ponitur ab negantibus propositionem posse non existere,

istere, supponatur non existere, & clarum est, dicendum esse, A existens non existit, seu A existit & non existit. Cùm itaq; nihil possit simul esse & non esse, falsum est A existens, seu ens in cujus notione est existere, posse non existere.

Prop. II.

Existentia non includitur in notione cujuslibet corporis quanti.

ESto enim corpus A. in cujus ratione dicatur esse inclusa notio existentiæ, [a] & quia omne corpus est quantum, A erit divisibile. Dividatur itaq; & fiant ex eo B. & C. & quia A. neque est B. neque C. jam A. non est. Erat itaq; A cor-

[a] 5 Pro. 13.

ruptibile, seu quod poterat non
b Prop. 1. esse, b sed ejusmodi ens non includit in suâ notione existentiam. Existentia itaq; non includitur, &c.

Prop. III.

Requiritur vis causativa specialis ad conferendam existentiam corpori, præter illam quæ præcisè terminatur ad formam seu ens quantum.

a Prop. 2. a CUm enim corpus possit esse, & non esse, non est necessaria sequela à ratione corporis ad existentiam. Vis itaq; causalis quæ intelligitur terminari præcisè ad rationem corporis & non posse ultrà, non intelligitur conferre illi existentiam, &, per consequens, ulterior vis requiritur, sive distincta sive non

non distincta ad positionem existentiæ.

Prop. IV.

Compositio existentiæ cum quanto non est compositio partium quantitativarum.

SI enim foret, existentia haberet partes quantitativas, [a] & foret per se divisibilis, [b] &, per consequens corruptibilis, & quæ posset non esse, quod est impossibilius quàm illud in cujus ratione inest existentia posse non esse.

a *Prop.* 20.
b *Prop.* 2.

Prop. V.

Compositio existentiæ cum quanto, est compositio realis formalis.

a *Prop.* 3. a CUm enim positio existentiæ pendeat à virtute speciali, præter eam quæ terminatur ad quantum, virtus autem & causatio sint correlativæ, existentiæ positio pendet à speciali causatione. Sed effectus talis causationis est, existentiam esse conjunctam seu compositam cùm quanto; compositio itaque existentiæ cum quanto est effectus realis, &, per consequens, ipsa realis.

b ζ *Def.* 1. & 2. b Estitaque existentia de nominatio intrinsecaquanto, seu prædicatum intrinsecum quanti, & Quantum subjectum ipsius, & compositio ex iis compositio formæ

formæ & ſubjecti, ſeu compoſitio formalis. Eſt itaque compoſitio exiſtentiæ cum quanto compoſitio realis formalis: quod erat propoſitum.

Prop. VI.

Omnes denominationes intrinſecæ corporis quanti ſunt prævie ad exiſtentiam in genere cauſæ materialis.

[a] CUm enim notio exiſtentiæ non includatur in notione corporis quanti, & [b] nihil, quod eſt indeterminatum, poſſit exiſtere, palàm eſt, corpus quod eſt ſubjectum exiſtentiæ eſſe completum in ratione corporis antequàm exiſtentia adveniat: ſed quod eſt indeterminatum intrinſecè eſt adhuc incompletum & indifferens ad hoc quod eſt, acceptis

a *Prop. 2.*

b *a Axio. 7.*

determinationibus, non itaque est completum in ratione corporis & subjecti existentiæ, neque existentia ei supervenit, nisi post prædictas determinationes. Cùm itaque determinationes faciant corpus subjectum existentiæ formaliter essendo in corpore, palàm est, in genere causæ materialis prævias esse ad existentiam.

Prop. VII.

Existentia non est propriè actus sed actualitas, seu actus actuum.

a Prop. 6. a Cum enim intrinsecæ denominationes corporis sint eæ per quas corpus dicitur actu secundum formas constituentes & integrantes illud in eo quod ipsum est, palàm est, determinationes intrinsecas esse

esse propriè actus hujus corporis, extrinsecas verò alterius alicujus cui sunt intrinsecæ, & quod sequitur intrinsecas esse propriè actus. Omnes itaque determinationes intrinsecæ corporis sunt omnes actus. Cùm itaque omnes intrinsecæ determinationes sint quasi partes subjecti existentiæ, clarum est, existentiam comparari ad eas velut formam omnibus supervenientem, & habere se ad omnes sicut singulæ earum se habent ad subjecta sua, hoc est, habere quasi naturam actûs ad omnes actus, seu ad ipsam rationem actûs, ut de iis dicitur, & quod sequitur, esse actualitatem seu actum actuum sic propriè dictorum.

Prop. VIII.

Tres sunt quasi partes ordinatè perficientes, seu ad perfectionem elevantes corpus, & non plures.

a ⟩ Prop. 4. b ⟨ Prop. 7. [a]Cum enim materia prima insit composito, [b] & non sit composita ex actu & potentiâ, [c] sed & actus primus qui ipsi inest constituat ens, seu substantiam, seu corpus, [d] corpori autem constituto superveniat existentia, & hæ tres partes sic se habeant ut materia sit subjectum formæ, forma autem cum materiâ subjectum existentiæ, palàm est, in corpore tres esse quasi partes per quas educatur imperfectam substantiam. Cúmq; rursus [e] ex eo, quod materia non sit composita ex actu

c ⟨ Def. 4.

d Prop. 6.

e ⟨ Prop. 7.

actu & potentiâ, non possit esse alia hujusmodi quasi pars subtus eam; [f] & quoniam primus actus solus est forma substantialis, & quasi pars substantiæ, siquæ autem sunt aliæ, non pertineant ad substantiam; ad substantiam autem immediata sit existentia; & hæc gradatio sit per potentiam & actum, hoc est, indeterminationem ad determinationem, existentia autem scùm faciat ens alteram partem [g] contradictionis, & contineat necessitatem essendi, dum est, nullam possit habere indeterminationem seu potentialitatem, sequitur non posse dari alium ulteriorem quasi existentiæ actum qui determinet indeterminationem ipsius. Tres sunt itaq; &c.

f ζ Def. 4.

g Axio. 1.

Prop. IX.

Existentia est ipsum exercitium actuum omnium in sua subjecta & materiam primam.

a *Axio. 2.* a CUm enim quod non existit sit verè & propriè nihil, patet ipsam substantiam, nisi existat, non esse substantiam, &, quod sequitur, idem significare substantiam esse, & substantiã esse substantiam. Quare existentia est exercitium ipsius substantiæ per exhibitionem, seu faciendo substantiæ rationem exerceri, b sed omnes determinations intrinsecæ substantiæ, hoc est, omnes actus pertinent ad substantiam, omnes itaque exercentur ab existentiâ, sed exercitium earum est actuare sua subjecta, quæ vel est ipsa materia vel continent eam.

b *Prop. 6.*

eam. Quare omnes actus mediatè vel immediatè actuant materiam primam, & exercitium earum est actuationem ipsam existere. Hoc itaque habent ab ipsâ existentiâ; existentia itaq; est exercitium, &c.

Prop. X.

Divisibilitas corporis in existentiam & quod est, minùs propria est divisibilitate corporis in materiam primam & formam substantialem.

[a] CUm enim divisibilitas dicat potentialitatem ad esse plura, quò magis propria est pluralitas ex divisione resultans, eò magis propriè dicitur divisibilitas. Et ex divisione continui resultant verè plura, & sic divisibilitas continui est propriè divisibilitas, [b] ex divisione autem actûs à potentiâ resultat

a ζ *Def.* 8.

b ζ *Prop.* 6.

resultat ordinatè saltem unum scilicet subjectum etsi sub aliâ formâ; ex divisione autem existentiæ à subjecto resultat ex
Axi 0.2. utrâq; parte nihil, [c] cùm substantia non existens nihil sit, neq; possit existentia intelligi non in aliquo existens. Impropriissimè itaque hæc divisio dicitur divisio, & potentia ad eam divisibilitas.

Prop. XI.

Ens, quod habet existentiam inclusam in suâ notione, non habet causam existendi.

ESto enim ejusmodi ens, *A. existens*, & palam est sive existentia sit divisibilis ab A. sive non, saltem non esse divisibile ab A. existente. Quare vel A. *existens* est causa sibi ut sit A. existens, vel aliquod

Agens

Agens extrinsecum. [a] Sed cum idem indivisibiliter sumptum non agat in semetipsum, A. existens non agit in semetipsum, &, per consequens, non facit se esse A. existens. Sed neque A. agit in existentiam [b] propter compositionem formalem, sed neque ab alio potest accipere existentiam, cùm illud quod accepturum est existentiam sit A. existens; foret enim A. actu existens in potentiâ ad existentiam, seu nondum existens, hoc est, idem & distinctum, existentia ab existentiâ, seu existere ab existere.

[a] βPro. 1. & 2.

[b] ζPro. 17.

Prop.

Prop. XII.

Quod adæquatè tribuit existentiam alteri non accipit adæquatè existentiam ab eo.

DIcatur enim A. dare existentiam B. adæquatè, [a] & quoniam causari B. est B. esse quia A. est, adæquata ratio existendi ipsi B. est quia A est. Dicatur modò B. adæquatè dare esse ipsi A, & rursus B. esse, erit adæquata ratio existendi ipsi A. Adæquata ergò ratio existendi A. est, quia ipsum A. est, [b] hoc est, idem facit seipsum esse, seu mutat se; Et B. esse est medium inter A. esse & A. & A. esse est prius & posterius semetipso.

a ß Def. 2.

b § Prop. 2.

Prop.

Prop. XIII.

Si ſint plura entia, quorum quæ accipiunt eſſe ab alio, ſunt adæquatè ab ipſo. Omnia illa non accipiunt eſſe ab alio.

SUnto enim in univerſo duntaxat tria entia A. B. & C. & B. quidem & C. habeant vel utraque ab A. vel alterum ab A. alterum, verbi gr. C. à B. adæquatè ſuas exiſtentias, dico A. non accipere exiſtentiam ab alio. Si enim accipit vel accipit ab utroque. B. & C. vel ab altero eorum, ſed utrumlibet dicatur, accipit ab eo cui tribuit adæquatè exiſtentiam, [a] quod eſt impoſſibile. [a] *Prop.* 12.

Prop.

Prop. XIV.

Datur aliquod ens quod non accipit existentiam ab alio, seu quod includat existentiam in suâ definitione.

CUm enim quod accipit existentiam accipiat eam adæquatè vel ab uno vel a pluribus, esto A. quod accipit existentiam adæquatè à B. vel à B. & C. B. autem vel B. & C. ab aliis : [a] & quia entia sunt numerata, pervenietur ad unum vel plura à quibus B. sive B. & C. & omnia à quibus ipsa pendent habent existentiam adæquatè. [b] Hæc autem non possunt ab iis quæ habent existentiam adæquatè ab ipsis recipere adæquatè existentiam ; confectum est itaque esse unum vel plura entia quæ non habent causam extrinsecam existendi, &, per con-

a *Prop.* 22.

b *Prop.* 12.

consequens, habent existentiam ex sese, seu ab & in suâ definitione. Et quoniam quæ accipiunt esse ab uno inadæquate, necessariò accipiant à pluribus existentiam *adæquatè*, fit non interesse an dicatur quæ recipiunt adæquatè, vel *sive adæquatè sive inadæquatè*. Constans ergò est esse unum vel plura entia in mundo quæ non accipiant existentiam ab aliis.

Prop. XV.

Enti quod in notione suâ includit existentiam non est alia differentia ultima quàm ipsa existentia.

[a] CUm enim non sint nisi tres quasi partes entis, potentia, actus, & existentia, [b] & existentia præsupponat potentiam & actum quando cum iis invenitur, & supervenit eis.

a *Prop.8.*

b *Prop.9.*

Sed

Sed & differentia ultima præsupponat & adveniat cæteris quæ sunt in definitione entis; clarum est, non posse esse aliam differentiam ultimam entis essentialiter existentis quàm ipsam existentiam, respectu cujus cætera sunt subjecta, & quæ sit nullius subjectum sed adveniat omnibus.

Prop. XVI.

Ratio entis non dicitur in eâdem significatione de ente habente in definitione existentiam, & de entibus per compositionem cum existentiâ.

CUm enim cætera entia sint entia, quia nata sunt habere existentiam, ens autem per definitionem existens, quia actu habet existentiam: quod autem tantummodo natum est esse album

bum vel calidum, vel existens, quantum est ex hoc non sit album, calidum, vel existens; quod autem est aliquod horum actu, verè ex vi hujus est album, &c. [a] Eadem autem vox non possit in eâdem significatione contradictoria significare, palàm est, ens non dici in eâdem significatione de ente, per definitionem existente, & de cæteris. [a] *Axio. 3.*

Prop. XVII.

Si sint plura per definitionem existentia, genus omnibus ipsis non est aliud quàm ipsa existentia.

[a] CUm enim Ens, ut est genus entium compositorum ex eo quod est & existentiâ, non dicatur in eâdem significatione quâ Ens dicitur de existente per [a] *Prop. 16.*

per definitionem, clarum est, non posse esse commune genus horum entium. Sed omnia, de quibus Ens dicitur in eâdem significatione, sunt vel per definitionem existentia, vel non per definitionem existentia: Genus itaq; horum entium est τὸ per definitionem existens; existentia proinde est de ratione generis horum entium, sed non existentia composita cum potentiâ, sive ens, ut de reliquis dicitur: ergò existentia pura; quod erat intentum.

Prop. XVIII.

Datur unicum ens per definitionem existens.

SUnto siquidem duo entia per definitionem A. & B. & [a] quoniam genus eorum est pura

a *Prop.* 17.

pura existentia, & in notione existentiæ non addito alio, non possit esse divisio seu hoc & non hoc; clarum est, notionem A. vel notionem B. vel utriusq; esse differentes à notione puræ existentiæ, cùm sint differentes inter se. Esto ergò notio A. notio eadem quæ puræ existentiæ, notio verò B. dicatur esse diversa; non potest autem sic esse diversa ut non contineat notionem puræ existentiæ, [b] sic enim notio puræ existeniæ non foret ei generica: Neq; sic ut includat præterea notionem entis in potentiâ ad existentiam. Non est itaque ratio B. distincta à ratione puræ existentiæ seu A. Non sunt itaque duo entia per definitionem existentia A. & B. Et eodem modo formaretur argumentatio, si utrumq; A. & B. di-

[b] *Prop. 17.*

B. dicantur differre per notiones à notione puræ existentiæ. Datur itaque unicum Ens per definitionem, & illud est primum Ens, reliqua ab ipso.

Prop. XIX.

Si dentur duæ quasi partes entis quarum una sit præcisè potentia ad reliquam. Supponatur autem reliqua existere sine potentiâ, perfectio totius entis ex actu & potentiâ erit in actu subsistente.

a ζ Def. 2. a CUm enim potentia, ut potentia, includat non esse illud ad quod est potentia, id est, nullam perfectionem, sed sit duntaxat adjutorium ut illa perfectio existat, si perfectio illa ponatur non in alio existere, ponitur in sese existere, sive habere

habere in se & rationem suam & rationem adjutorii omnis necessarii ad hoc ut sit. Palàm itaque est, & rationem suæ perfectionis & rationem potentiæ esse in tali actu, hoc est, perfectionem totius entis ex actu & potentiâ.

Prop. XX.

Ens includit in se perfectionem omnium entium compositorum ex ente & existentiâ.

[a] CUm enim in composito ex materiâ & formâ & existentiâ materia ex sese non sit in quo possit esse existentia, forma quoque sit debilis dispositio ad existentiam sine materiâ, palàm est, utramq; requiri ad constituendum in quo fit existentia. [b] Rursus, cùm exist-

a ζ Prop. 15.

b Prop. 9.

istentia sit ipsum exercitium omnium actuum in materiam primam, [c] neque possit intelligi quicquam in illis esse perfectionis, extrà vel ultrà quam exercentur, fit, quod sicut tota perfectio eorum est adæquatè ad hoc ut exerceatur, sic tota perfectio non est nisi ad constituendum in quo sit existentia, [d] sed existentia subsistens habet virtutem eorum in quibus nata est inesse existentia; tota itaq; perfectio entium existentium per compositionem cum existentiâ est in ente existente per definitionem, seu existentiâ subsistente.

c *Axiom.* 2.

d *Prop.* 19.

Prop.

Prop. XXI.

Existentia non potest educi de potentiâ subjecti seu entis in quo est.

[a] CUm enim existentia sit exercitium omnium actuum, est exercitium primariò & principaliter illius actûs quo suum subjectum constituitur in ratione entis seu subjecti existentiæ. [b] Educi autem de potentiâ subjecti significet actionem educentis de subjecto pendere ab ipso subjecto, &, per consequens, subjectum esse prius ingenere causæ materiali ipsâ actione, &, per consequens, antè quàm exerceatur ab existentiâ, sustentare actionem; quod implicat contradictionem.

[a] *Prop. 9.*

[b] *Def. 1.*

Prop. XXII.

Ens per compositionem cum existentiâ non potest aliud Ens ex nihilo producere.

CUm enim ens per compositionem cum existentiâ habeat existentiam in subjecto & dependentem ab eo;[a] agere autem sit esse τὸ à quo, quia est quod est, aliud sit, & quod est ab ente composito cum existentiâ sit ab eo quia habet esse dependens à subjecto, &, per consequens, non nisi per actionem dependentem à subjecto, fit non agere nisi per eductionem existentiæ de subjecto,[b] quod est impossibile.

a *§ Def. 2.*

b *Prop. 21.*

Prop.

Prop. XXIII.

Ens primum quoad intrinseca sua est in actuali emanatione existentiæ universali & plenariâ.

[a] CUm enim existentia sit exercitium omnium actuum subjecti in quo est, & hoc per exhibitionem suî, seu exercendo sese in illos, sit existentiam subsistentem esse exercitium existentiæ in semetipsam. [b] Cúmq; contineat in sese plenitudinem entis esse universale & plenarium exercitium existentiæ in semet ipsam, & quia nata est emanare existentiam absque determinatione ab extrinseco ex vi præcisè suæ propriæ plenitudinis, esse quoad intrinseca actu paratum &

[a] *Prop. 9.*

[b] Prop. 20.

[c] *Prop. 18.*

dispositum ad effundendam existentiam in creatâ universaliter & plenariè.

Prop. XXIV.

Quicquid non existit vel impossibile est vel incompossibile cum potiori.

[a] Prop. 23. [a] Cum enim ens primum, quantum est ex se, sit paratum ad effundendam existentiam, necessum est, quicquid ab eo natum est fluere, actu existere quantum ex eo est. Quod ergò non sit quod non est, causatur ab aliquo extra ipsum, hoc est, [b] Prop. 20. eximpossibilitate effectùs, [b] cùm tota plenitudo entis sit in primo ente, &, per consequens, possit omne possibile. Quare, cùm impossibilitas sit in implicatione contradictonis, seu entis

&

& non entis, quicquid non eſt, implicat contradictionem, vel in eſſentiâ ſuâ, & eſt propriè nihil, vel in co-exiſtentiâ diverſorum entium, ut ſi quis petat in univerſo plus eſſe ignis vel aquæ quàm conſiſtat cum incolumitate univerſi.

Prop. XXV.

Ens primum non agit fortuitò, ſed vel ex inclinatione naturæ, vel ex neceſſitate entium creabilium.

[a] CUm enim ens primum ex inclinatione naturæ feratur ad communicandam exiſtentiam, quantum eſt communicabilis; [b] & omne quod non eſt ex impoſsibilitate entium creatorum, habeat non eſſe, palàm eſt, ens primum nihil quaſi

a *Prop.* 23.

b *Prop.* 24.

casu & extra directionem vel suæ naturæ vel creaturarum operari.

Prop. XXVI.

Ens primum ex inclinatione suæ naturæ non agit nisi Entia.

a *Prop.* 23.[a] CUm enim ens primum operetur per exercitium existentiæ ab existentiâ, fit naturam, ex vi cujus agit, esse b *Prop.* 18.[b] ipsam existentiam. Cùmq; operetur sine subjecto, neque possit intelligi actio in non existente, fit existentiam quoque in producto per se terminare actionem primi Agentis. Quare, cùm existentia non possit intelligi sine ente in creatis, fit per se terminum adæquatum esse ens. Et proprium modum agendi entis primi esse per existen-

istentiamproducere ens; Quare, ex inclinatione naturæ ens primùm non agit nisi Entia.

Prop: XVII.

Ens primum non agit nisi ea quæ nata sunt subsistere in hoc ordine naturæ.

[a] CUm enim ex inclinatione suâ non agat nisi entia, [b] necessitas autem creaturæ non determinet nisi ad ea quæ nata sunt subsistere in hoc ordine naturæ, imò impediat, & determinet ad alia non agenda, [c] neq; agat quicquam fortutiò, vel ex aliis motivis quàm his duobus; fit, Agens primum non agere nisi quæ nata sunt subsistere in hoc ordine naturæ.

a *Prop.* 26.

b *Prop.* 24.

c *Prop.* 20.

Prop. XXVIII.

Omnia & singula entia per compositionem cum existentiâ immediatè procedunt ab ente primo.

a *Prop.* 18. [a] CUm enim ens per definitionem existens sit unicum, cætera omnia sunt Entia per compositionem cum existentiâ. Quare, [b] cùm existentia non possit educi de potentiâ subjecti, neque subjectum esse sine existentiâ, fit subjectum ejus non posse accipere esse nisi instantaneè, eodem modo quo produceretur si nihil præextitisset. [c] Sic autem existens per compositionem cùm existentia non valet illud producere, consequens est itaque omnia & singula entia per compositionem immediatè fluere ab Ente primo.

b *Prop.* 21.

c *Prop.* 22.

Prop.

Prop. XXIX.

Agens, in quo effectus est tantummodò eminenter, agit dependenter à subjecto.

[a] CUm enim unumquodq; Agens intendat introducere formam suam secundum quam agit, & Agens, in quo effectus est tantummodò eminenter, agat secundum aliam formam quàm sit illa quam introducit in effectum, palàm est, quòd non perficit intentionem suam, &, per consequens, quod impediatur ab aliquo, videlicet à subjecto in quo recipitur forma & actio; Cùm itaq; subjectum non possit impedire effectum, nisi quatenus suscipit actionem præviam ad effectum, clarum est, quòd Agens, in quo

a *Axio.4.*

effectus est tantummodò eminenter, agat dependenter à subjecto, quod erat propositum.

Prop. XXX.

Entia per compositionem cum existentiâ singula & omnia cum ordine quem habent in essendo sunt formaliter in primo Ente.

a Prop. 28. a CUm enim primum Ens agat immediatè singula & omnia, agat autem eodem modo, sive producat ex nihilo, sive aliud præcesserit; si autem producat ex nihilo, nullum sit impedimentum ex parte subjecti, neque etsi aliud præcesserit aliquod erit impedimentum à subjecto, atque proinde semper introducit formam secundum quam agit, sed introducit

ducit formas singulorum cum ordine quem habent in essendo; Formæ itaque singulorum, seu singula, cum omnibus suis limitationibus & conjunctionibus cum aliis sunt secundum formam secundum quam agit. Quare, cùm inesse formaliter non sit aliud quàm inesse cum omnibus singularitatibus & distinctionibus, patet, omnia cætera inesse formaliter in primo Ente.

Prop. XXXI.

Quæcunq; sunt in primo ente sunt de essentiâ ipsius.

[a] Cum enim ultima differentia Entis primi sit ipsa existentia, [b] existere autem, cùm sit actus seu exercitium omnium quæ non sunt ipsummet

a *Prop.* 15.

b *Prop.* 6. & 9.

met esse, sit posterius ipsis omnibus, &, per consequens, quæcunq; ponantur esse in primo Ente debeant supponi, hoc est, esse quodammodo priùs & magis in essentiâ hujusmodi Entis quàm ipsa existentia, palàm est, omnia ei esse essentialia; quod erat intentum.

Prop. XXXII.

Essentiæ cæterorum Entium sunt prius in primo Ente quàm in semetipsis, & idealiter procedunt ab ipso.

CUm enim evidens sit existentias particulares & participatas esse posteriores ipsâ existentiâ à se subsistent & plenariâ, hoc est, primo Ente, & essentias entium compositorum cum existentiâ esso rdinatas essentialiter ad

a Prop. 20.[a]

suas,

suas, hoc est, participatas existentias, &, per consequens, finaliter ab iis, & posteriores illis, fit esse posteriores ipsâ existentiâ Entis primi, & omnibus quæ sunt in Ente primo. Quare, cùm cætera Entia sint formal ter in Ente primo & ab eo, fit, esse posteriora in semetipsis quàm in eo, & perfectionem eorum conformari illis quæ sunt in Ente primo, &, per consequens esse, idealiter ab eo; quod erat propositum.

Prop.

Prop. XXXIII.

Essentia corporis naturalis est illa quæ reddit illud partem Universi & instrumentum Naturæ.

a ζ Pro. 31. a Cum enim corpus sit essentialiter instrumentum, etiam essentia ipsius, ut in primo Ente, est esse instru-
b Prop. 30. mentum; b sed est in primo Ente cum connexione quam habet ad reliqua, hoc est, ad ipsum Mundum seu naturam
c Def. 4. rerum. c Sed Naturam intelligimus esse per quam Mundus conservatur, quæq; rectè dirigit operationes singularium Entium, id est, cujus instrumenta sunt singularia entia. Essentia itaq; corporis in Ente primo est, esse instrumentum Naturæ

Naturæ & partem Mundi; cùm itaq; essentia ipsius in se sit eadem quæ est in primo Ente, illa essentia, &c.

Prop. XXXIV.

Ens incompossibile cum potiorè, non habet perfectam & propriè dictam essentiam.

*Cum enim perfecta contradicto non reperiatur nisi in subjecto existente, [b] & ens incompossibile cum potiori non possit habere consortium existentiæ, nisi naturæ ordo in rebus constitutis tollatur aut violetur; tolli autem aut violari ordinem universi repugnet ei necessitati quâ universum fixum est & stabilitum; [c] universum autem fixum sit, quia primum Ens non agit fortuitò;

a *Axiom.* 10.

b *Prop.* 24.

c *Prop.* 25.

tuitò; palàm eſt, ens incompoſſibile cum potiori non habere ordinem ad exiſtentiam, hoc eſt, eſſentiam, niſi ex conſideratione abſtractivâ & imperfectâ primi Entis, videlicet, ut apprehenditur ſecundum unum prædicatum abſtrahendi abaliis, &, per conſequens, habet rationem imperfectam eſſentiæ, & non propriè dictam, ſicut quæ aliquando exiſtere nata ſunt.

STOE-

STOECHEIDIS 9.

Definitiones.

ANimal dicimus corpus quod movet ſemetipſum ex ſenſatione, ſeu cognitione per ſenſus.

AXIOMATA.

1: *OPeratio ſequitur naturam cauſæ.*

2. *Anima, lex intrinſecâ ordinatione naturæ, eſt corpus natum movere ſemetipſum ad conſervationem ſuî.*

3. *Natura dat inſtrumentis diſpoſitionem convenientem actioni quæ per ea fieri intenditur.*

4. *Im-*

4. *Impressio in subjectum facta manet donec aliqua causa illam expellat.*

5. *Quod requirit aliud existere ut ipsum sit, natum est ipsi co-existere.*

PHANERA.

1. *Sensus & motus animalis habent originem à cerebro.*

2. *Animalis membra separata non habent operationes quas habent in toto; v.g. lingua non gustat, manus non apprehendit, pes non incedit.*

3. *Partes plantæ non conspirant ad unam certam operationem.*

4. *In*

4. *In solis Animalibus sunt membra libera ad proprios motus.*

5. *Homo movet se, seu agit proper finem.*

6. *Movens intellectum vel est sensus vel aliquid à sensu relictum.*

Sto-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 37, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 37, [109] - 87
PUBLIC DOMAIN

Stœcheides θ.

De essentialibus Corporum gradibus.

Propositio I.

Dantur in rebus species quædam corporum ex partibus elementaribus compositorum, in quibus Elementa non sunt actu.

CUm enim ordo Mundi sit determinatus, necesse est corpora activa & passiva esse in certâ quantitate, sic ut non possint esse in minori, &, per consequens, Elementa non

non posse agere vel pati nisi sint in certâ magnitudine; quæ autem non possunt agere & pati in dato ordine universi, non sunt partes universi,[a] cùm corpora sint essentialiter instrumenta. Quare, cùm in confiniis elementorum possint ex singulis elementis designari partes in quantulâcunq; magnitudine, clarum est, accipi posse species quasdam corporum quorum singulæ partes sint elementares, sed non activæ singulatim, quæ tamen conjunctæ cum cæteris sint activæ, &, per consequens, non habeant formas Elementorum, sed duntaxat formam compositi; quod erat propositum.

[a] ζ Pro. 30.

Prop.

Prop. II.

Primò mixtum est Metaphysicè unum Ens, & habet unicam formam substantialem.

a *Prop.* 1. [a] CUm enim primò mixtum sit Ens ex partibus minimis purè raris & densis, & singulis incapacibus actionis & passionis secundum ordinem
b *Pro.* 33. rerum; [b] Rursus, cùm illa sit cujusq; Entis rigorosa & Metaphysica essentia quam accipit per creationem seu generatio-
c *Prop.* 27. nem à primo Ente, [c] primum autem ens nihil agat nisi quatenus est pars mundi, fit, cùm mixtum sit primò pars Mundi per rationem mixti, formam mixti esse essentialem & metaphysicam & primò acceptam ab Ente primo formam ipsius, &, per

per conſequens, ſubſtantialem rigoroſè & unicam in eo, & non ſupponi formas Elementorum in partibus.

Prop. III.

Primò mixtum eſt magis ens & perfectius quàm elementum.

CUm enim unitatis ratio ſit tollere diviſionem, ſi in eodem rigore unitatis tollitur major diviſio, unitas eò perfectior & major eſt. Cùm itaq; unitas Elementi non tollat niſi diviſionem ſecundum quantitatem vel ſecundum materiam & formam; unitas autem primò-mixti præterea tollat differentiam ſpecierum quæ natæ ſunt ſequi varietatem raritatis & denſitatis, [a] tollat autem hanc per unitatem rigoroſè metaphyſicam, & per unicam

a *Prop.2.*

formam

formam ſubſtantialem, clarum eſt, primò mixtum eſſe perfectius unum & Ens quàm ſit Elementum.

Prop. IV.

Animal, ut animal, eſt Metaphyſicè unum ens habens unicam formam ſubſtantialem.

[a] *Def.* 1. [a] CUm enim Animal exiſtimemus quod ſentit & movet ſeipſum ex paſsione [b] *Phan.* 1. ſenſûs; [b] tum autem ſenſus tum motus quatenus Animalis à cerebro pendeat originaliter, palàm eſt, cætera omnia membra cum cerebro conſpirare ad actionem Animalis, quatenus animalis, &, per conſequens totum Animal eſſe inſtrumentum natum ad actionem cerebri, hoc eſt, ad unam actionem [c] *Phan.* 2. perficiendam. [c] Adde, quod extra

extra compoſitum nullum animalis membrum retineat actionem vel paſsionem animalem; Quare, patet Animal, ut animal, eſſe unicum inſtrumentum naturæ. Quare, [d] cùm primum ens emanet entia per compoſitionem eſſentiæ cum exiſtentiâ, quatenus ſunt partes Mundi & inſtrumenta Naturæ, [e] habeant autem eſſentiales rationes ad unitatem formæ per conformitatem ad idæas in primo Ente, conſequum eſt, Animal eſſe rigoroſè & perfectè unum Ens, [f] & habere unicam formam ſubſtantialem; quod erat propoſitum.

d *nPro.27.*

e *nPro.32.*

f ζ *Pro.18.*

Prop. V.

Pura planta non est metaphysicè unum ens, sed multa mixta.

a *Phan.* 3. [a] CUm enim partes ipsius non conspirent ad actionem alicujus unius membri, seu ad unam actionem, palàm est, non esse unum instrumentum naturæ, [b] &, quod sequitur, non esse unum Ens. Rursus, cùm partes ipsius separatæ retineant easdem distinctas virtutes quas habebant in toto, clarum rursus est, formas singulas esse in singulis partibus similaribus, &, per consequens, totum esse collectionem plurium mixtorum.

b *nPro.* 33.

Prop.

Prop. VI.

Forma ſubſtantialis Entis ſunt omnes determinationes materiei, ſeu ſubſtantiæ, quatenus conſtituunt rationem particularem Membri ſeu inſtrumenti naturæ.

[a] CUm enim Ens accipiat eſſe quatenus eſt membrum Mundi & inſtrumentum Naturæ, Forma autem ſit ad quam ſequitur eſſe, clarum manet, formam ſubſtantialem entis cujuſq; eſſe rationem inſtrumenti naturæ quæ eſt in eo. Palàm quoq; aliunde eſt, quòd, quoniam inſtrumenti ratio ad operationem dicitur, operatio autem ſequatur quod res eſt & ſit conformis ipſi; [b] res autem ſit quod eſt per determinationes materiei primæ ſeu

a 4 Prop. 27.

b 5 Prop. 32.

ſubſtantiæ, inſtrumenti ratio non poſsit eſſe aliud quàm dictæ determinationes, non ſingulatim cùm quælibet una limitetur ab aliis, ſed prout conſpirant & coëunt ad finem hujus inſtrumenti, ſeu ad faciendum talis operationis principium; quod erat intentum.

Prop. VII.

In omni ente corporeo diviſibilis eſt ratio ſuppoſiti à naturâ.

a Def. 2. [a] CUm enim ſuppoſitum dicamus Rem naturæ, Naturam autem Rem, quatenus explicatur per definitionem; evidens autem ſit determinationes, quæ cum ordine & indiviſibilitate quadam integrant definitionem, eſſe præterea conſiderabiles in ipſâ re, & ſingulatim

singulatim & collectivè abstrahendo à connexione & ordine, consequens est, notionem suppositi aliam esse & plus includere quàm notio naturæ comprehendat formaliter. Ulteriùs, [b] cùm Elementa non sint continuè multiplicata, sicut gradus raritatis & densitatis, clarum est, plures gradus raritatis & densitatis successivè in eodem elemento reperiri, quorũ varietas cùm non possit ad essentiæ rationem, quæ est indivisibilis, nisi materialiter pertinere, variatio eorum sic variat suppositum, ut non tangat naturam seu essentiæ rationem. Quare necesse est realem divisibilitatem esse inter suppositum & naturam in Elementis. Et cùm mutatio rari & densi, quæ non variat elementi rationem si intercidat primò-mixto,

[b] 3 Prop. 13.

non variet ipsius rationem, ut quæ ex elementis, quæ manent eadem, sit composita, ex primò-mixtis verò sint compositæ similares partes Animalium; conficitur, in omnibus corporibus variationem contingere in suppositò & non in naturâ, &, per consequens, Metaphysicè & reipsâ divisibilitatem inter suppositum & Naturam intervenire.

Prop. VIII.

Si instrumentum aliquod sit factum ad plures operationes subordinatas, sic ut primò sit ad unam, ad reliquas autem propter illam, manente facultate ad primam, erit idem instrumentum, etsi facultates ad cæteras,

cæteras, vel certè aliquas cæterarum, deficiant.

CUm enim cæteræ operationes vel purè consequantur ad primam, vel sint intentæ, & quasi mediæ ad primam, evidens est, rationem essentialem instrumenti adæquatè dici ad primam, &, per consequens, dum est instrumentum ad primam, habere eandem rationem essentialem integrè, etsi non derivatam integrè, seu ad omnia ad quæ derivari nata est, hoc est, non in subjecto æquè perfectè disposito ad operationem primam. Cùm itaque Finis sufficienter habeatur per hoc instrumentum, clarum est, instrumenti ad eundem finem, hoc est, eandem instrumenti rationem permanere.

Prop. IX.

Animal potest esse idem in diversis quantitatibus, & quantumvis aliquibus membris sit mulilatum.

a *Axio. 2.* CUm enim Animal ex intrinsecâ intentione naturæ sit ens natum conservare semetipsum, ab intrinseco prima operatio Animalis est motus seu appetitus ad alimentum seu conservationem sui. Cùm itaque videamus Animalia hunc actum, & effectum ipsius, hoc est conservationem suî in diversis quantitatibus, atq; etiam sine aliquibus membris, sufficienter perficere, clarum est, sub diversis quantitatibus, & etiam trunca aliquibus membris, rationem essentialem

sentialem ejusdem Animalis retinere.

Prop. X.

Ultima Animalis differentia, seu individualitas, est ordo ad illam actionem & eo modo peragendam quo nata est peragi ex vi omnium determinationum substantiæ quæ sunt in supposito in primo instanti conceptionis, hoc est, dum habet primum actum sensationis in cerebro.

[a] CUm enim animal vocemus Ens ex sensatione operativum, sensatio autem passio sit à circumstanti naturâ in cerebro facta; non possit autem deesse Agens quàm primùm cerebrum est capax sensationis; fit, quàm primùm cerebrum est, esse primam sensationem. Cùm itaq;

a *Def. 1.*

itaq; cerebrum ſit quaſi proprium & principale membrum Animalis, ut Animalis, palàm eſt, non eſſe Animal, donec cerebrum ſit cerebrum, &, quod ſequitur, eam eſſe primam conceptionem Animalis quæ terminatur ad primam ſenſationem. Ulteriùs, [b] cùm omnia accidentia intrinſeca corpori non ſint aliud quàm determinationes & modificationes materiei & ſubſtantiæ, omnes autem hæ temperent ipſam ſubſtantiam, & reddant eam plùs vel minùs aptam ad intentum naturæ, ſeu actionem propter quam natum eſt, patet, reſultare ex his omnibus aptitudinem indiviſibilem hujus ſubſtantiæ ad actionem, &, per conſequens, aptitudinem ad certum & indiviſibilem modum perficiendi talem actionem.

[b] ζ Prop. 32.

nem; Quare essentialem & ultimam rationem hujus instrumenti; seu individualitatem Animalis, quod erat intentum.

Prop. XI.

Inter corpora, solum Animal ex instituso Naturæ natum est movere seipsum.

[a] CUm enim Natura det dispositionem convenientem actioni quam intendit ab instrumento aliquo perfici; [b] quod autem movetur, natum sit moveri ab alio, necesse est, si corpus aliquod moveatur à se, unam ejus partem moveri ab aliâ, &, si ex instituto Naturæ hoc fiat, virtutem alietatis & disjunctionis ab ipsâ naturâ tali corpori esse implan-

[a] *Axio. 3.*

[b] *& Prop. 3. & 4.*

plantatam, hoc est, sic formatum tale corpus ut sit spatium flexile & libertas inter partem & partem, adeò ut una pars sine reliquâ & aliter quàm reliqua moveri possit.

© *Phan.* 3. Cùm itaq; videamus hoc in solis Animalibus in quibus sic ad articulos composita sunt membra ut quasi extrinsecùs colligata, intrinsecus verò diversa & dissepta sint, & libera ad motum stante reliquo membro, palàm est, solum Animal ex intentione naturæ natum esse movere se. Quod autem vel Elementa, vel mixta homogenea aut heterogenea, interdum per unam partem alterent vel moveant aliam per accidens, &, ex consequentibus, ad intentionem evenire.

Prop.

Prop. XII.

Forma Animalis per se sic est in toto ut non sit in partibus.

[a] CUm enim forma sit ipsa [a] *Prop.6.* substantia rei, seu ipsæ determinationes substantiæ, quatenus notio substantiæ particularis surgit ab ipsis; [b] Notio [b] *Def.1.* autem Animæ seu formæ Animalis sit esse facultatẽ movendi semetipsum, neque talis facultas intelligi possit sine pluribus partibus quarum alia moveat, alia moveatur; Manifestum est, non posse intelligi Animam nisi in toto quodam ex parte movente & aliâ motâ. Non itaq; in singulis partibus potest inexistere notio Animæ, &, per consequens, Anima. Forma itaq, Animalis est absolutè in toto, non autem in singulis partibus.

Prop.

Prop. XIII.

Formæ elementorum & mixtorum non ſunt in ſingulis partibus ſubjectorum, ex neceſsitate naturæ, ſed non ex intentione.

a *Prop.* 1. [a] CUm enim minimæ partes Elementorum quæ integrant primò mixta, non ſint ex ſeſe activæ vel paſſivæ, & proinde nonEntia neq; capacia ſpecialis formæ ſubſtantialis, palàm eſt, notionem formæ mixti vel elementaris non poſſe attribui his partibus & ineſſe in ipſis. Hæ itaq; formæ non ſunt in ſingulis partibus ſuorum ſubjectorum. Sed neq; minùs manifeſtum eſt, non poni in definitione elementi vel mixti, quòd aliquæ ipſorum partes

ſint

sint incapaces formarũ, quare hoc non institutum est ad aliquam actionem à naturâ intentam, sed efficitur ex incapacitate subjecti circa quod natura operatur, vel ex eo quod non stet cum perfectione naturæ, & agentia & passiva adeò exigua existant; quod erat intentum.

Prop. XIV.

Quod ex intento naturæ movet semetipsum, & hoc facit à corporis extrinseci impulsu, est Animal.

[a] CUm enim habere divisibilitatem, seu quantitatem sit de ratione corporis, quod non est quantum non est corpus. [b] Cùm itaque actio corporis sit conformis naturæ corporis, etiam actio corporis divisi-

a *Pro. 28.*

b *Axio. 3.*

bilis, actio autem divisibilis non potest esse circa subjectum indivisibile; quodcunq; igitur movetur à corpore ipsum quoq; est corpus. Quare, si quid ad movendum sese ex instituto Naturæ indiget impulsu ab extrinseco corpore, est corpus ex instituto Naturæ natum ad se movendum, [c] hoc est, Animal; quod erat propositum.

[c] *Prop.* 11.

Prop. XV.

Animal, si moveat se causalitate Finali, est perfectius quàm si se moveat tantùm efficienter.

CUm enim in omni agente considerandum sit & quod possit agere, & quod procedat ab actu agendum, & virtus

virtus quâ potest agere constituat illud in ratione causæ effectivæ: Quod verò procedat ad agendum, pertineat ad causam finalem; evidensq; sit illud, quod facit Agens agere quod ex se potest, uti eo & movere illud, &, per consequens, esse nobilius & perfectius eo, conficitur Animal quod movet semetipsum ad agendum finaliter, hoc est, quod natum est applicare suam virtutem effectivam ad movendum se, esse perfectius eo cujus virtus movendi se applicatur ab alio ad actionem seu ad movendum se.

Prop.

Prop. XVI.

Finis, ſecundum exiſtentiam ſuam quam habiturus eſt in rebus, eſt actu in Animali movente ſeſe cauſalitate finali.

a *Prop.* 15. CUm enim Animal movens ſeſe cauſalitate finali efficiat verè & phyſicè in ſemetipſo applicationem virtutis ſuæ efficientis, ad movendum ſe, clarum eſt, in ipſo eſſe vim hoc faciendi. Quare, cùm virtus quæ hoc facit ſit bonitas finis, & bonitas Finis quæ movet Agentem ſit illa bonitas quam habet extra Animal in ipſis rebus & ſuâ exiſtentiâ in iis, manifeſtum eſt, hanc bonitatem & exiſtentiam eſſe in ipſo Animali, & habere in eo vim movendi

vendi ipsum, & applicandi virtutem ipsius effectivam ad agendum & movendum ipsum Animal.

Prop. XVII.

Animal movens sese causalitate finali, non est purè corporeum & corpus.

[a] CUm enim evidens sit, materiam esse ex sese imperfectissimum gradum qui sit in substantiâ, [b] necesse est, determinationes ipsius esse quibus perficiatur in ratione substantiæ, & quæ per complexum ipsius integrent substantiam. Quare, integra substantia, præsertim cum existentia sibi propria non potest esse determinatio corporis, ut corporis. [c] Cùm ergò Animal movens sese

a *Prop. 8.*

b *Prop. 6.*

c *Prop. 6.*

seſe cauſalitate finali habeat finem, hoc eſt, aliud ens cum exiſtentiâ ſibi propriâ inexiſtentem ſibi, palàm eſt, ſubjectum impreſſionis talis non eſſe purè corpus, ſed naturam per ſubſtantiam & exiſtentiam determinabilem.

Prop. XVIII.

Homo compoſitus eſt ex corpore & ſpiritu, & eſt formaliter corpus, virtualiter ſpiritus.

[a] ζ Phan. 5. CUm enim experimento conſtet Hominem movere ſemetipſum cauſalitate finali, & impelli ad hoc à corporibus circumſtantibus, [b] palàm eſt, & eſſe Animal, & non eſſe purum corpus. [c] Cúmq; partes veri compoſiti, ſeu entis verè unius, non poſſint eſſe actu, rurſus confectum eſt, non eſſe duas ſubſtantias actu in homine.

[b] Prop. 14. & 17.

[c] ζ Pro. 10.

homine. Confectum est itaque esse duas substantias virtute, & unam ex utraq; tertiam actu. Ulteriùs, [d] cùm substantia, quam spiritum dicimus; includat exclusionem materialitatis, [e] corpus autem habeat materiam & quantitatem, clarum est, hominem & esse formaliter corporeum, & non esse formaliter spiritum. Non tamen est illud corpus quod in separatione seu divisione Animalis est mansurum, & non erit virtute spiritus, sed aliud cujus illud futura est pars per divisionem existens.

d *Def.* 3.

e ζ *Prop.* 13. & 14.

Prop. XIX.

Divisibilitas Hominis in corpus & spiritum est divisibilitas formalis.

[a] CUm enim unumquodq; sit activum, quatenus est Ens,

a *Axio.* 1.

b *Phan.* 5. Ens; [b] Homo autem quatenus virtute est spiritus, agat se causalitate finali, [c] & causalitas finalis moveat efficientem, & sit potior illa; homo autem ut corpus non moveat sese nisi efficienter, palàm est, hominem esse perfectiorem & magis ens, quatenus est virtute spiritus, quàm quatenus est virtute corpus & Animal purum. Quare, cùm perfectio & entitas pertineat ad formam, fit, rationem spiritus in homine esse maximè formalem partem quæ sit in homine, & quodammodo formam formæ puri Animalis quam movet. Distinguitur itaq; à materiâ tanquam forma, & divisibilis est ab illa sicut forma à materiâ & subjecto.

c *Prop.* 15.

Prop.

Prop. XX.

Si divisibilitas hominis in corpus & spiritum foret quanta continui in partes, causalitas finalis non indigeret motione ab extrinseco corpore.

CUm enim una pars continui agat in aliam, & patiatur ab eâ sicut à substantiis distinctis, palàm est, spiritum quoque hominis, si parem haberet divisibilitatem à corpore, futurum ad eam, quoad actionem & passionem, quasi foret substantia absolutè distincta. Sed, si foret substantia penitus distincta agere corpus non posset, in illum, [b] cùm nullus posset esse contactus corporis ad ipsum, [c] neque corpus possit agere nisi per contactum, non

[a] ζ Pro. 16.

[b] β Prop. 7.

[c] β P. 0. 27.

posset

itaq; homo moveri ab extrinseco ad causalitatem finalem, & per consequens non indigeret tali motione.

Prop. XXI.

Causæ actu causantis non solùm essentia sed ipsum actu. le esse est, participatè in actione.

CUm enim actio vel sit in instanti vel in tempore, & si in instanti eo ipso requirat causam existere; si in tempore sit motus, & motus in continuâ successione, & continua successio in perpetuâ novitate existentiæ, palàm est, esse actionis semper actu existere à causa. [a] Quare, cùm existentia causæ sit ipsum exercitium omnium facultatum causæ, patet, de ratione actionis esse actu existere

[a] Prop. 9.

istere à causa existente. Ipsa itaque existentia causæ est magis & formaliùs in actione quàm essentia, cùm sit exercitium facultatis jungens principium principiato, essentiam putà causæ ipsi actioni.

Prop. XXII.

Objecta per sensus immediatè impressa homini secundum facultatem spiritualem seu intellectum, sunt fixa in ipso, quia esse eorum factum est esse ipsius Hominis.

[a] CUm enim impressio per sensus facta sit motus ab objecto præsente & actu operante tum in sensum tum per sensus in intellectum, evidens manet, Existentiam objecti non solùm esse participatè in ipso

a *Prop.* 11.

sensu, sed etiam in homine se-
b *Prop.*19. cundum intellectum. [b]Cumq; divisibilitas hominis in corpus & spiritum, sive intellectum sit formalis, rursus clarum est, existentiam impressionis in intellectu esse existentiam ipsius intellectûs, hoc est hominis, quatenùs est intellectus. Cùm itaq; sentire sit percipere aliquid movere percipientem, & percipere existentiam moventis seu objecti esse existentiam suam, per hoc itaq; cognoscit homo per sensationem objectum existere quia scit esse suum, esse ipsum, esse ipsius Agentis, seu objecti. Ergo, &c.

Prop.

Prop. XXIII.

Objecta, quæ insunt Homini per connexionem ad ea quæ immediatè insunt per sensationem, fixa sunt in intellectu, quia esse eorum est esse ipsius Hominis.

CUm enim objecta, quæ insunt per connexionem ad objecta per sensationem in existentia, insint per discursum, discursus autem non fiat nisi asserendo trium objectorum unum esse alterum quià utraque sint unum cum tertio, evidens est, unam esse existentiam trium objectorum prout sunt fixa in intellectu; [a] quare cum existentia sensu perceptorum sit ipsa existentia hominis quatenus est mens seu intellectus, etiam cæterorum existentias

[a] *Prop. 22.*

esse eandem,& fixas in homine quatenus sunt illa.

Prop. XXIV.

Intellectus, seu Homo quatenus intellectus, est facultas existendi, quod est quia est; & cætera connexa, quia sunt aliquid ipsius Intelligentis.

CUm enim non possit Homo percipere se moveri nisi eo ipso,& à priori percipiat se esse, palàm est, intellectum ipsius per prius esse facultatem percipiendi se esse, quàm percipiendi sensu cognita esse, hoc est,essendi quod ipsemet sit quā quod alia sint. Hominem itaq; ipsumesse,immediatè&sine alio fit unum cum intellectu, &, per consequens, hominem esse, & intellectus sunt actus & potentia

tia ad invicem, quomodo actus & potentia possunt intervenire in hoc casu, & intellectus facultas essendi ipse Homo quatenus existens, per se & ex ratione suâ; Et, per consequens, Homo ut existens, seu quia est, actus proprius ipsius, & per & propter quem cætera cum ipso connexa insunt intellectui. Ergo, &c.

Prop. XXV.

Quæ connexa sunt alicui per sensus percepto, etsi forent actu infinita, possent simul consistere in Homine in intellectu.

CUm enim quod requirit aliud existere ut ipsum existat, eo ipso sit natum coexistere ei; quæ autem connexa sunt objecto vi sensûs in- a Axio. 5.

inexiſtenti in intellectu per diſcurſum requirant omnia media connexionis ſimul exiſtere, cùm connexio ab iis pendeat, clarum eſt conſiſtere cum illo.

b 2 Axio. 2. Cùm ergo [b] ſimilia objecta (ſaltem in numeris & ſpeciebus magnitudinis) nullum finem habeant, ſequitur quotcunq; ſunt poſſe ſimul in intellectu inexiſtere.

Prop. XXVI.

Objecta quæ non habent inter ſe connexionem, etſi infinita, nata ſunt ſimul conſiſtere in intellectu.

CUm enim objecta non propterea quia ſunt connexa poſſent ſimul exiſtere ſi ratione multitudinis repugnarent coexiſtentiæ, clarum eſt prævie

prævie ad connexionem, neque ex parte intellectûs neque ex parte objectorum esse repugnantiam ad co-existentiam ipsorum in intellectu ratione multitudinis. Quare evidens est multitudinem ex sese non gravare intellectum. Cum itaque objecta disparata, & quæ singula sensu sunt percepta, possint plura simul inesse, poterunt eodem jure etiam infinita.

Prop. XXVII.

Intellectus humanus in suo genere est absolute infinitus.

[a] CUm enim si non desint Agentia & causæ ad imprimendum, non solum quæcunq; sunt in rebus, sed absolutè infinita objecta possint ab

[a] *Prop. 25. & 26.*

intellectu simul comprehendi, clarum est, infra suum modum recipiendi objecta, intellectum extendere se ad absolutam infinitatem, &, per consequens, potentiam ipsius esse absolutè infinitam infra suum genus; quod erat propositum.

Prop. XXVIII.

Impressiones à sensibus mediatè vel immediatè in hominem factæ, sunt formaliter materiales, sed potentiâ & virtute spirituales.

CUm enim sensus sint materiales sicut & cerebrum, clarum est, impressiones ab iis in cerebrum factas non posse esse aliud quàm determinationes quasdam cerebri, &, per consequens, sicut cerebrum est forma-

a Prop. 32.

formaliter materiale, ità & impreſſiones. [b] Cúmq; ex aliâ parte ex qualitate impreſſionum conſtet ipſum cerebrum, ſeu hominem, eſſe virtute immaterialem, magis conſtat ipſas impreſſiones eſſe virtute ſpirituales; quod erat intentum.

[b] *Prop.* 17. & 8.

Prop. XXIX.

Intellectus in homine non eſt natus quicquam intelligere, niſi actu feriatur à ſenſu, mediatè, vel immediate.

CUm enim palàm ſit organa cognitionum eſſe corpora, [a] &, per conſequens, non operari niſi impulſu alieno; [b] movens autem cerebrum vel ſit ſenſus vel aliquid à ſenſu relictum ſeu memoria, niſi alterum horum, hoc eſt, ſenſus

[a] *Prop.* 3. & 4.

[b] *Phan.* 5.

mediatè vel immediatè moveat, non intelligit Homo, & hoc vocant Philosophi, *nisi speculetur phantasmata.*

Prop. XXX.

Cerebrum per diversas cognitiones accipit dispositiones materiales diversas.

a Prop. 29. [2] CUm enim sine novâ motione cerebri homo nihil intelligat, novam autem motionem necessum sit novã impressionem corpoream in cerebro efficere, palàm est, ex singulis cognitionibus, cerebrum manere mutatum secundum dispositiones materiales, & per consequens faciliorem & fortiorem esse intellectionem aliquorum objectorũ (eorum nempe quæ sæpiùs cogitantur) quàm aliorum

rum, ſed & cerebrum eſſe aptum per cogitationem diverſorum objectorum ad ea rurſus cogitanda. Cúmque intellectus per connexionem deducatur ab uno objecto ad plura, neceſſum erit quaſdam ſeries objectorum ſeu corpicellorum ad cerebrum pertinentium & ſeſe mutuò inducentium in cerebro eſſe ordinata, & ſimilia plúra, quæ experientia docebit, ex his principiis oriri.

Prop. XXXI.

Etſi in parte quatenus materiali impreſsio non faciat niſi participatum & virtuale eſſe objecti, tamen in ſpirituali virtute ponit ipſum eſſe rei formaliter.

CUm enim objectum ſit plerumque Ens conſtans &

& permanens, impreſſio verò motus, hoc eſt, ſucceſſio aliqua participata de objecto clarũ eſt, exiſtentiã conſtantẽ objecti non eſſe in eâ formaliter, &, conſequenter neque in ſubjecto ipſius quatenus eſt corporeum, ſed illam virtutem ab objecto fluentem quæ ſucceſſioni ejusmodi eſt accommodata. Cùm itaq; ex adverſo (teſtante id nobis ipſâ mente noſtrâ) evidens ſit, nos cogitare de objecto ipſo formaliter, de eo enunciare quod ſit in rebus & in diſcurſibus & operationibus ab iis pendentibus id præſupponere, patet, in mente formaliter inexiſtere ipſum eſſe objecti.

Prop.

Prop. XXXII.

Homo, ſecundum intellectum, eſt virtus quædam conſtans ex omnibus impreſsionibus ſpiritualibus, non includentibus contradictionem à principio vitæ uſq; ad ejusdem exitum introductis.

[a] CUm enim neceſſe ſit quod ſemel factum eſt manere donec cauſa aliqua inducens oppoſitam diſpoſitionem in ſubjectum agat, ſed nulla ſit diſpoſitio oppoſita inexiſtentiæ ſubſtantiæ alicujus in intellectu, cùm nulla fuerit in rebus oppoſitio; ſint autem in intellectu ut erant in rebus quoad eſſe in loco & tempore, ſed neque à parte intellectus ſit aliqua repugnantia, [b] cùm ille vel infinitorum ſit capax modò non

a *Axio. 4.*

b *Prop. 27.*

non ferant ſecum contradictionem, palàm fit, non poſſe eſſe cauſam introducentem diſpoſitionem oppoſitam, & per conſequens omnes impreſſiones non contradictivas, à primo ortu Animæ uſq; ad mortem in eam factas, manere in intellectu, ſeu Animâ,[c] & Animam eſſe virtutem quandam ex omnibus integratam.

[c] *Prop.* 24.

Stœ-

STOECHEIDIS I.

Definitiones.

1. *Cognoscere est esse Ens ut Ens seu ut aliud.*

2. *Situs in loco est propinquitas & distantia ab aliis corporibus.*

AXIOMA.

Positis causis omnibus, ponitur effectus.

PHANERA.

1. *Homo simul cognoscit pauca.*

2. *Cognitio veri atis connexæ confirmat Scientiam præcogniti.*

STOE-

STOECHEIDES I.

De Animâ ſeparatâ & Spirituum Naturâ.

Propoſitio I.

Homo ſecundum intellectum, ſeu mens, eſt virtute ſubſtantia integra ſeu exiſtens.

CUm enim fixio per ſeſe hominis ſecundum mentem ſit ad ſeipſum ut exiſtentem, palàm eſt, mentem eſſe capacitatem ad Ens integrum, & non ad partem entis. [b] Cúmq; pars ſeu potentia entis ſit capax, ſeu potentia ad actum, hoc eſt, ad aliam

a θ *Pro.* 24. [a]

b θ *Pro.* 17.

aliam partem ejuſdem entis, clarum fit, capacitatem intellectûs non eſſe capacitatem quæ nata ſit eſſe in parte, ſed quæ nata ſit eſſe in ente integro, ſeu capaci exiſtentiæ, hoc eſt, exiſtente. [c] Quia tamen partes compoſiti formalis non ſunt in eo actu, manet hanc ſubſtantiam eſſe tantummodò virtualiter in homine. Homo ergo, &c.

[c] *Pro.* 10.

Prop. II.

Si diſſolvatur compoſitum formale hominis in corpus & ſpiritum, mens ſeu ſpiritus ex vi talis diſſolutionis non interibit.

[a] CUm enim ſit in homine, quatenus mens eſt, virtus ſubſtantiæ integræ ſeu exiſtentis, clarum eſt, eſſe in eo, ſecundum mentem, capacitatem exiſtentiæ

[a] *Prop.* 1.

existentiæ seu virtutẽ cui competit ex sese esse subjectum existentiæ.[b] Cum itaq; Ens per definitionem non deficiat dare existentiam ubicunque non deest subjectum, clarum est existentiam fore in mente non obstante divisione à corpore. Non interibit itaque mens.

[b] n Prop. 23.

Prop. III.

Mens, seu Anima separata, semel existens non potest postmodum privari existentiâ.

[a] in Pro. 23. [a] CUm enim ex parte influentis non possit deficere existentia quamdiu in subjecto manet capacitas, non potest interire Ens nisi per divisionem subjecti ab Ente, hoc est, capacitate existentiæ, & per consequens non potest interire Anima

Anima ſemel exiſtens niſi capacitas exiſtendi ſeparetur ab eâ. Quare[b] cùm in Ente non ſit diviſibilitas ſubſtantialis niſi in materiam primam & actum & exiſtentiam, in Animâ vero ſeparatâ non ſit materia, [c]forma autem ſit ex ſeſe adquam ſequitur exiſtentia, clarũ eſt, ab Animâ ſeparatâ, hoc eſt purâ formâ, & ex propriis nata exiſtere, non poſſe tolli capacitatem exiſtentiæ, & per conſequens, neque ipſam exiſtentiam.

b *Prop.* 8.

c *Def.* 1.

Prop. IV.

Anima ſeparata neque ſit per creationem, neq; per converſionem, ſed per puram diviſionem.

[a]CUm enim accipiat exiſtentiam per corruptionem

a *Prop.* 2.

nem

nem præexiſtentis fit ex præjacente ſubjecto alterationis, &, per conſequens, non ex nihilo. Rurſus, cùm alteratio præcedens ſit clarè motus ad eſſe cadavereum, hoc eſt, inducat diſpoſitiones contrarias Animæ, & ſit nullo modo major perfectio Animæ, palàm eſt, ſubſtantiam Animæ non accipere eſſe ſed magis non eſſe, quantum eſt ex vi cauſarum alterantium: ſequitur itaque tales cauſas non aliud agere quàm ut eam dividant à corpore: quare, Anima purè per diviſionem accipit exiſtere ſeparatè per exiſtentiam quam virtualiter præhabebat.

Prop.

Prop. V.

Corpus non recipit existentiam per se, sicut forma subsistens seu spiritus.

CUm enim corpus consistat ex materiâ & formâ, seu potentiâ & actu, necesse est vim receptivam corporis esse potentiam, & quicquid recipitur in toto ratione ipsius recipi, & in formâ non esse vim receptivam, utpote condistinctâ à vi receptivâ. [b] Cùm itaq; existentia non insit toti nisi ratione formæ, non recipitur nisi ratione ipsius: Non itaque recipitur quasi correspondens virtuti receptivæ, sed quasi quiddam pertinens & adhærens ad formam quæ est per se actus potentiæ receptivæ. Spiritus è diverso, seu forma subsistens, [c] cùm

[a] ζ *Pro.* 14.

[b] n *Prop.* 7.

c *u Prop.8.* c cum non habeat aliam vim receptivam nisi ratione actûs, habet immediatè & per se ordinem ad existentiam, quare recipit existentiam per se ut existentiam.

Prop. VI.

Forma subsistens, seu spiritus est cognoscitivus suimetipsius.

a *Prop.5.* a CUm enim ordo essentialis ipsius sit ad existentiam per se, & quatenus hæc existentia est, b sit autem existentia actuatio omnium quæ in subb *uProp.7.* jecto insunt, c neq; possit intelligi nisi actu hoc perficiens, c *u Axi. 1.* Ordo formæ subsistentis ad existentiam est ad existentiam ut complexam cum subjecto, & per consequens etiam ad substantiam cujus est existentia.

Quare

Quare ſpiritus per ipſam receptionem ſeu conjunctionem exiſtentiæ fit mediante exiſtentiâ conjunctâ ſuæ eſſèntiæ, ſed non per modum partis, cùm idem non poſſit eſſe pars ſui ipſius, quare per modum Entis exiſtentis, hoc eſt, alîus. Quare [d] cùm cognoſcere ſit eſſe aliquid per modum aliùs, palàm eſt, omnem ſpiritum cognoſcere ſuam ſubſtantiam eo ipſo quod exiſtit. d *Def.* 1.

Prop. VII.

Anima ſeparata in primâ ſeparatione cognoſcit omnia quæ cognovit in corpore.

[a] CUm enim omnes impreſſiones, quæ factæ ſunt in eam toto tempore vitæ, conflent ipſam, & per conſequens maneant a *Pro.* 32.

b *Prop.6.* maneant in eâ; [b] ipsa autem purè ex vi separationis cognoscat semetipsam, quatenus conjuncta est existentiæ suæ,

n *Prop.9.* [c] existentia autem sit actuatio ipsius secundum omnes virtutes quas invenit in illâ, fit, eam cognoscere sese secundum

d *Def.1.* omnes has impressiones, [d] quæ cùm sint totidem objectorum existentiæ in ipsâ, clarum manet, ipsa objecta eâdem cognitione in ipsâ cognosci.

Prop. VIII.

Anima separata est cognoscitiva omnium deducibilium ex cognitis in corpore.

a *Prop.7.* [a] CUm enim maneant in Animâ separatâ virtutes quas habuit in corpore, habet vim comparativam & discursivam,

vam, & nata erit deducere ex præcognitis quæcunq; sunt deducibilia ex iis. [b] Quare, cùm omnia quæ cognovit in corpore sint cognita ipsi in primâ separatione, nata erit cognoscere etiam omnia quæ sunt deducibilia ex iis.

[b] Prop. 7.

Prop. IX.

Divisibilitas Animæ separatæ & cognitionis major est divisibilitate Animæ ab existentiâ.

CUm enim divisibilitas Animæ & cognitionis integretur ex conjunctione Animæ ad existentiam (quod enim non est, non est cognoscitivum) & [a] rursus existentiæ ad Animam ut cognoscatur, palam est divisibilitatem Animæ à seip-

[a] Pro. 6.

sâ, ut cognitâ, esse quodammodo duplam divisibilitatis Animæ ab existentiâ, &, quod sequitur, majorem; ut est propositum.

Prop. X.

Cognitio suæ essentiæ est inseparabilis ab Animâ separatâ existente, cæteræ cognitiones potuerunt non inexistere.

a *Prop.* 6. [a] CUm enim cognitio suæ essentiæ non sit aliud quàm illa conjunctio Animæ ad existentiam quæ est propria spirituum, palàm est, non posse intelligi Animam esse existentem & non intelligere semetipsam. Rursus, cùm aliqua objectorum cognitorum in corpore potuissent non esse in corpore cognito, clarum est, cog-

cognitionem ex eâ parte potuisse fuisse defectuosam, quatenus cognitio Animæ separatæ pendet ex impressionibus factis in corpore; quod erat propositum.

Prop. XI.

Spiritus est Ens perfectius quàm sit corpus.

[a] CUm enim existentia sit exercitium actuum sibi subjectorum, [b] neque perfectio aliqua sit in iis quæ non exercentur, palàm est, in unoquoq; eatenus esse perfectionem quatenus est existentia, & capacitatem seu ordinem ad existentiam esse perfectionem rei quatenus præintelligitur ad existentiam. [c] Cùm itaque ordo quem habet spiri-

[a] n Prop. 9.

[b] n Prop. 2

[c] Prop. 5.

tus ad existentiam, comparatus ad ordinem quem habet corpus, sit quodammodo formalis & per se; ordo autem corporis materialis & ratione partis, manet perfectiorem esse ordinem spiritûs quàm corporis ad existentiam, hoc est, rationem Entis in spiritu esse perfectiorem quàm in corpore,

Prop. XII.

Spiritus habet virtutem effectivam.

a *Def.* 2. [a]CUm enim illud dicatur efficere seu agere cujus esse est tale ut aliud sit ex hoc quod ipsum Agens sit, patet existentiam Agentis esse illud ex quo Agens habet esse Agens, &, quod sequitur, quantò substantia est perfectior in existendo tan-

tantò esse perfectiorem in agendo, & mensuram virtutis effectivæ esse ordinem seu proportionem ad existentiam, [b] Quare, cùm spiritus sit perfectius Ens quàm corpus, habere etiam perfectiorem vim effectivam & proportionatam suo modo existendi. [b] *Pro.* 11.

Prop. XIII.

Spiritus non est quantus seu continuè divisibilis.

[a] CUm enim spiritus non sit corpus seu compositus ex potentiâ & actu substantiali, [b] omne autem quantum sit ex iis compositum, palàm est, spiritum non esse quantum; quod erat intentum. [a] *Def.* 3. [b] *Pro.* 14.

Prop. XIV.

Spiritus non eſt diviſibilis in plures ſpiritus homogeneos, ſeu ejuſdem naturæ.

a ζDef. 8. [a] CUm enim diviſio ſit plurium ex uno productio, neceſſe eſt, ſpiritum ex quo fiunt plures per diviſionem, habere plus de ſubſtantiâ in toto quàm in potentiâ ad unam partium in quas eſt reſolubilis, &, per conſequens, eſſe majorem in toto quàm in parte, hoc eſt, b Prop. 13. eſſe quantum; [b] & non ſpiritum. Rurſus, quia duæ ſubſtantiæ non ſunt una, neque una duæ, palàm eſt, in ſpiritu ex quo fiunt plures eſſe poſſibilitatem ad plures formas ſeu ad eſſe plures, & actus diverſos actuare hanc potentiam, prout eſt

est in uno spiritu, & prout est in pluribus, &, per consequens, spiritum talem, & faciendos ex eo esse compositos ex potentiâ & actu, [c] contra naturam spiritùs. [c] Pro. 18.

Prop. XV.

Spiritus non sunt in loco propriè dicto, neque habent situm.

[a] CUm enim spiritus non habeat in sese quantitatem, [b] esse autem in loco sit habere superficiem suam conjunctam superficiei corporis ambientis, clarum est, spiritum non esse hoc modo in loco. [c] Et cùm situs in loco sit propinquitas vel remotio ab alio per mediationem interpositorum quantorum, non possit autem interponi quantitas nisi in-

[a] Pro. 13.

[b] a Pro. 18. & 19.

[c] Def. 2.

ter quanta, clarum fit, ſpiritum non eſſe remotum ab uno corpore, neque propinquiorem uni quàm alteri, quod erat intentum.

Prop. XVI.

Diſtantia localis non impedit ſpiritum, quin ſit præſens quibuſlibet corporibus, & cognitione & virtute, & operatione.

a Prop. 8. a Cum enim ſpiritus cognoſcat omnia quæ connexa ſunt cum eſſentiâ ipſius, corpora autem aliqua (putà ex quibus orta eſt) connexa ſint b Prop. 15. cum Animâ ſeparata. b Neque per ſitum habet remotionem ab aliquo, palàm fit, ſpiritum poſſe cognoſcere corpora à ſe invicem diſtantia, &, per conſequens, eſſe præſentem ſecundum

dum cognitionem corporibus quomodocunq; distantibus si sint connexa cum eo. [c] Quare cùm virtus effectiva spiritûs sit ex vi cognitionis, seu ordinis per se ad existentiam, neque habeat situm, hoc est remotionem ab aliquo corpore, manet non impediri quin habeat virtutem operandi in corpora quomodolibet distantia quantum ex distantiâ pendet. Quare & possibile est operationem esse simultaneam in distantiâ quantum est ex eâ parte.

[c] Pro. 12.

Prop. XVII.

Successio continua non potest esse in spiritu.

CUm enim successio continua sit in infinitum divisibilis, vel erit successio par-

tium Entis permanentis, ſicut in motu locali, vel Entis quod ſit eſſentialiter ſucceſſivum. Manifeſtum autem eſt, ſi ſit partium corporis permanentis ſubjectum ſucceſſionis eſſe corpus vel corpora quanta; [a] cùm diviſibile non poſsit applicari indiviſibili, &, per conſequens, non eſſe in ſpiritu. Si autem partes ſint Entis eſſentialiter ſucceſſivi, cùm ex eo quòd ſit Ens ſucceſsivum una pars neceſſariò non ſit dum alia eſt; Eſſentia autem includat plures partes, evidens eſt, tale ens non poſſe exiſtere ſed includere contradictionem. Rurſus, cùm duæ partes non poſsint eſſe ſimul in ſubjecto indiviſibili, ſucceſsio, &, per conſequens, continuitas conſtaret ex indviſibilibus, [b] quod eſt contra naturam ſemper diviſibilis,

a Pro. 17.

b Pro. 20.

visibilis, cujus partes sunt divisibiles sine termino.

Prop. XVIII.

Operationes intrinsecæ formæ abstractæ, quantum est ex parte subjecti, sunt indivisibiles.

CUm enim natura spiritûs[a] repugnet susceptioni successionis continuæ, seu sine termino divisibilis, clarum est, successionem operationum vel aliarum qualitatum (siqua est eis intrinseca) esse compositam ex indivisibilibus, &, per consequens, unicam simul esse in subjecto, & eam esse perfectam, utpote quæ cedat alteri indivisibili & soli extituræ in subjecto. Singulæ itaque hæ sive qualitates sive operationes intrinsecæ indivisibiliter afficiunt

[a] *Prop.* 17.

unt

unt Animam : Operationes itaque ipsius sunt indivisibiles.

Prop. XIX.

Substantia corporea non est activa in spiritum.

a ζ Pro. 33. a Cum enim omnis actio corporeæ substantiæ vel sit divisio, vel rarefactio, vel condensatio, aut ex his composita, palàm est, subjectum quod non est capax alicujus harum non posse esse subjectum operationis corporis. b Cùm itaq; omnes hæ actiones requirant divisibilitatem infinitam, clarum est, spiritum non esse capacem actionis corporeæ, neque corpus esse activum in spiritum.

b § Prop. 8. & 23.

Pro.

Prop. XX.

Operationes intrinseca spirituum sunt absolutè indivisibiles.

CUm enim substantia corporea non sit activa in spiritum, manet solos spiritus agere posse in spiritum, & hoc non mediante corpore, tunc enim corpus foret immediatum Agens: Quare operatio spiritûs, tum ex parte Agentis, tum ex parte patientis, est à spiritibus, hoc est, Entibus indivisibilibus, &, per consequens, ipsa indivisibilis, secundum proprietatem causarum. [a] Prop. 19

Prop.

Prop. XXI.

Operationes intrinsecæ spirituum neque sunt longæ neque breves, neque comparabiles in majoritate successivis sine termino divisibilibus.

a *Prop.* 20. a CUm enim sint indivisibiles, clarum est, totas simul b *Prop.* 17. incipere & esse perfectas, b &, per consequens, nullam esse successionem partium per quas aliæ sint longiores, aliæ breviores. Cúmq; successio continua sit major quia longior, & minor quia brevior, necesse autem sit quæ comparantur simul, secundum aliquid quod in utroque termino comparationis sit & utrique commune comparari, evidens fit, non posse operationes has in majoritate & mi-

minoritate comparari cum ſucceſſione continuâ, ſed majoritatem ſeu perfectionem ampliorem quàm habet operatio ſpiritûs ſuper operationem corporis, conſiſtere in eminentiâ ſupra totum genus in quantitate quâlibet.

Prop. XXII.

Spiritus cognoſcit quid ſit ipſi ſummum bonum, & quomodo circa illud ſit gerendus.

[a] CUm enim ſpiritus cognoſcat omnia quæ ſunt connexa ipſi, ſive quibus ipſe ſit connexus, palàm quoque ſit, ſpiritum connexum eſſe iis quæ ſunt bona ipſi, maximè autem ei vel illis quæ conſtituunt ſummum bonum ipſius, & propter rationem Bonitatis, hoc eſt, conveni-

[a] *Prop.* 8.

venientiæ ad ipſum, & propter cauſalitatem finalem, cùm ipſe ſpiritus ſit propter ſummum bonum, tanquam finem immediatum ipſius, manet evidens, ſpiritum cognoſcere quid ſibi ſit ſummum bonum ſeu optimus æternitatis ſtatus. Et quoniam modus gerendi ſe circa ſummun bonum eſt connexus cum ipſo ſpiritu & ſummo bono ipſius, neceſſe eſt, ut ipſum quoq; cognoſcat; ut eſt propoſitum.

Prop. XXIII.

Spiritus eſt volitivus.

CUm enim de Ente cognoſcitivo, quando ex cognitione operatur extra ſe, dicamus quod velit agere, neque de aliis entibus ſic loquamur, neque

que de ipso nisi vel operetur, vel operaretur, nisi foret impeditum, clarum est, nos per volitionem intelligere ultimam intrinsecam affectionem Entis cognoscitivi circa seu versùs operationem. [a] Cum itaque spiritus sit Ens cognoscitivum, [b] & habeat virtutem effectricem, [c] & cognoscat quomodo ea sit exercenda, clarum est in eo esse ultimam quandam affectionem circa seu versùs operationem, sive sit cognitio ipsa bonitatis quæ est in Agendo, sive quæcunq; alia affectio virtutis effectricis intrinseca ipsi spiritui, &, per consequens, esse in spiritu volitionem quâ se gerit circa bona cognita ex vi cognitionis conformiter ad eorum bonitatem. Est itaque spiritus volitivus.

[a] Prop. 16.
[b] Prop. 12.
[c] Prop. 8.

Prop.

Prop. XXIV.

Spiritus cognoscit quæcunq; connexa sunt cum essentiâ suâ in primo instanti existentiæ suæ.

a *Prop.* 20. a CUm enim operationes spirituum sint indivisibiles, clarum est, quòd incipiant esse totam simul, &, per consequens, in primo instanti spiritus ex vi prioris cognitionis est dis-
b *Axio* 1. positus ad sequentem : b Et quoniam positis causis ponitur effectus, eo ipso habet posteriorem. Quare, cùm cognitiones sequentes non pendeant nisi à virtute spiritûs & cognitionibus requisitis, & illæ actu sint positæ, quantum ad cognitionem objectorum connexorum cum essentiâ spiritûs, simul in primo instanti cognoscit omnia con-

connexa cum essentiâ suâ.

Prop. XXV.

Vehementia volitionis spiritûs est major vehementiâ volitionis humanæ, quodammodo infinitè ex parte scientiarum.

[a] CUm enim spiritus cognoscat omnia quæ pertinent seu connectuntur cum ipso, [b] &, hoc simul, [c] Homo autem pauca tantummodo, [d] sed & cognitio cujuslibet veritatis connexæ cum alterâ confirmet & fortiorem reddat cognitionem veritatis cum illâ connexæ, palàm est, proportionem volitionum ex vi scientiarum esse sicut proportionem cognitorum, hoc est, sicut universi ad Ens particulare, hoc est, quodammodo infinitè; [e] cùm in-

a *Prop.* 8.
b *Prop.* 24.
c *Phan.* 1.
d *Phan.* 2.
e *Prop.* 26

intellectus ex naturâ ſuâ ſit capax infinitorum ſimul.

Prop. XXVI.

Spiritus, in primo inſtanti ſui eſſe eſt in ultimâ præparatione ad agenda omnia quæ per totam æternitatem eſt acturus ex ſemetipſo.

a Prop. 8. a Cum enim cognoſcat per connexionem ad ſubſtantiam ſuam omnia quæ cum eâ connexa ſunt, Agenda autem à ſemetipſo ex neceſſitate connexa ſint cum ipſius ſubſtantia; b Prop. 24. b manet ea ab ipſo cognoſci in primo inſtanti ſuæ exiſtentiæ; & quoniam hujuſmodi cognitiones ſunt inter ſe connexæ, haberi omnes in primo c Prop. 23. inſtanti exiſtentiæ ſuæ; c quare, in eo inſtanti ex neceſſitate quo-

quoque est volitio exercendi hujusmodi operationes in debito tempore, hoc est, ultimam dispositionem ad ea omnia agenda.

Prop. XXVII.

Si operatio successiva hominis non sit in minimâ sui parte æqualis operationi spiritûs, etiamsi per durationem quantumlibet crescat, nunquam erit æqualis operationi spiritûs.

CUm enim eminentia operationum spiritûs supra operationes successivas sit excedentia generis actuum spiritûs supra genus actuum successivorum; actus autem successivi quantumcunq; per multiplicationem partium succedentium majorescant, tamen nun- [a] *Prop. 21.*

nunquam excedant ſuum genus, palàm eſt, exceſſum ſemper manere immutatum, & non magis eſſe comparandos in maximâ magnitudine quàm in minimâ, etſi ſi comparentur ad invicem major quantamlibet proportionem ſupra minorem poſsit acquirere ſive acquiſiverit.

Prop. XXVIII.

Operationes mentis in homine, quantumcunq; ſupponantur creſcere, non ſunt comparabiles operationibus formarum ſubſiſtentium.

a θ *Prop.* 28 [a] CUm enim operationes Hominis ſint actu materiales & ſubjectæ legibus quan-
b *Prop.* 16. titatis & loci; [b] operationes contra ſpirituum ſupra leges loci & quantitatis, patet, toto genere operationes

operationes ſpirituum excedere operationes mentis humanæ, &, per conſequens, etiamſi tota vis naturæ corporeæ conſpiraret ad faciendam unam impreſsionem in mentem humanam, vel ad ſpiritus formandos quibus volitio humana corroboraretur, ſemper actus mentis eſſent materiales & ſubjectæ legibus quantitatis, hoc eſt, in eodem genere, & ratione generis inferiores actibus ſpirituum: ex quo ſequitur non eſſe comparabiles ſed infinitè minùs efficaces & validas; quod erat propoſitum.

Prop.

Prop. XXIX.

Operationes ſpirituum ex virtutis effectricis ratione excedunt infinitè operationes mentis humanæ.

[a] CUm enim vis effectiva, quæ eſt in ſpiritibus, procedat ex ordine eſſentiæ ad exiſtentiam; [b] ordo autem eſſentiæ ad exiſtentiam quem habent ſpiritus comparatus ad ordinem eſſentiæ ad exiſtentiam in corporibus inventus ſit eſſe formalis & per ſe, palàm eſt, eſſe alterius rationis & generis quàm ſit ordo corporis ad exiſtentiam, &, per conſequens, vim quoque effectivam eſſe alterius generis & ſuperiorem. Quare, (ut ſupra deductum eſt) etſi ſub ſuo genere infinitè

[a] Prop. 12.

[b] Prop. 5.

infinitè creſcat efficacia corporea ſeu mentis in corpore, non omninò appropinquat, neque comparabilis eſt, efficaciæ ſpiritus ſeu ſubſtantiæ abſtractæ, & proinde inæſtimabilis eſt vehementia operationum ſpirituum ex vi effectricis potentiæ.

Prop. XXIX.

Spiritus in primo inſtanti ſui eſſe cognoſcit primum Ens, & immenſitatem Boni quæ eſt in viſione illius.

[a] CUm enim cognoſcat eſſentiam ſuam, & eam non poſſe exiſtere niſi per cauſam quæ nata ſit res ex nihilo producere, & eam eſſe unicam, & continentem in ſeſe indiviſibiliter totam plentitudinem

a *Pr. 6. & 8.*

Entis, & plentitudinem Entis esse adeo inferioris ordinis ad eam ut ratio Entis non dicatur de utraque in eâdem significatione, & non possideri illam nisi per visionem; clarum est spiritum in primo sui esse videre incomprehensibilem quandam immensitatem Boni esse in Visione primi Entis; quod erat propositum.

Prop. XXXI.

Visio primi Entis est ultimus finis, & Beatitudo cujuslibet substantiæ spiritualis.

a *Pha.* 2. a Cum enim quò effecta plura, & perfectiùs cognoscuntur, eò perfectio causæ magis penetretur, substantiæ autem spiritales cùm non habeant nisi intellectum, & voluntatem

luntatem ;[b] & voluntas ex ordine naturæ conformiter ad intellectum operetur ;[c] & intellectus sit cognoscitivus omnium quæ connexa, sunt cum existentiâ essentiæ spiritûs ;[d] & hæc omnia sint effecta primi Entis, & per consequens perficiant cognitionem de primo Ente, & reddant visionem ejus magis amabilem, & æstimabilem, & tota ordinatio naturæ spirituum in his consistat ; palàm est, totam dispositionem Naturæ esse intrinsecè ordinatam ad hoc ut spiritus concupiscat Visionem primi Entis, & per consequens eam adipiscatur, cùm concupiscentia hæc sit naturalis utpote ad quam totus naturæ cursus seu ordo tendit. Est itaq; Visio primi Entis summum bonum, & finis omnium substantiarum spiritualium.

[b] Prop. 23
[c] Prop. 8.
[d] Prop. 18.
[c] Prop. 5.

Prop: XXXII.

Substantia spiritualis, si sit adæquatè secundum naturam disposita, est beata in primo sui esse.

[a] Cum enim in primo sui esse cognoscat quæ inducunt ad summum amorem visionis seu possessionis primi Entis; [b] & si disposita sit secundum naturam, Volitio ipsius sit conformis cognitioni, habebit in primo instanti sui esse ardentissimum & plenum amorem Visionis primi Entis. Quare erit ultimò disposita, quantum est ex suâ parte ad ipsam operationem Visionis primi Entis. [c] Cùm itaque communicatio primi Entis non possit deficere ex parte ipsius, palàm est,

[a] & Pro. 30. & 31.

[b] Prop. 23.

[c] Pro. 18

est ipsum effectum Visionis existere, & substantiam spiritualem esse compotem suæ Beatitudinis, & finis naturalis; quod erat propositum.

STOECHEIDIS K.

Definitiones.

Gubernatorem dicimus qui per alios Agenda dirigit & efficit.

AXIOMATA.

1. *Agens cognoscitivum agit ex intentione Boni.*

2. *Quod non meretur fieri non meretur ut aliud fiat propter ipsum.*

3. *Si naturæ ordo non habeat media sufficientia ad suos fines, est imperfectus.*

4. *Illud*

4 *Illud est bonum unicuique quod est illi secundum naturam.*

5. *Quod habet partes æquales infinitas est infinitum.*

PHANERA.

In nvturâ unum corrumpitur generetur aliud.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 37, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 37, [193] - 172
PUBLIC DOMAIN

STOECHEIDES K.

De Gubernatione Rerum.

Propositio I.

Ens primum est cognoscitivum, & volitivum, seu operativum ex cognitione.

a ut Prop. 2. [a] CUm enim Ens primum non sit quantum, & quod sequitur, [b] non compositum ex actu & potentiâ, [c] est immateriale & spiritus; [d] itaq; & cognoscitivum, & volitivum; [e] Cúmq; cætera extra sese operetur maximè operativum;

b ζ Pro. 14

c η Def. 3.

d ι Pro. 6. & 23.

e κ Pro. 18.

rativum; & quia volitio est dispositio operantis ex cognitione, est operativum ex cognitione.

Prop. II.

Ens primum est Gubernator Universi sive Deus.

[a] Cum enim spiritus in primo sui esse cognoscitivus sit omnium quæ cum ipso sunt connexa, [b] &, activus seu volitivus omnium operationum quæ ab ipso solo pendent, [c] Ens autem primum sit æternum, [d] & omnia ab ipso solo pendeant, & sint connexa cum ipso, evidens sit Ens primum præscire, & prævelle ab omni æternitate quæcunq; futura in æternum, & pariter esse operativum eorum, hoc est, ponere

[a] 2 Pro. 8.
[b] 2 Pro. 26.
[c] n Prop. 1.
[d] n Pro. 18.

causas omnium agendorum suis temporibus, & hoc adæquatè. [c] Quare cùm Gubernatorem dicamus eum qui ex cognitione, & potestate per alios agenda dirigit & efficit, Ens primum est Gubernator Mundi: Et quia Gubernatorem universi solemus Deum nominare, Ens primum est Deus.

[c] Def. 1.

Prop. III.

Nihil extra Deum est amabile ab ipso.

CUm enim nihil sit amabile quod non sit bonum, neque bonum nisi habitum delectet habentem, & delectare habentem sit cum perficere, cum delectatio sit præcipuus actus cognoscentis, palàm est omne bonum esse intrinsecè per-

perfectivum cognoscentis cui est bonum, sed nihil est intrinsecè perfectivum Dei, [a] cùm in eo sit essentialiter omnis plenitudo Entis seu perfectionis, nihil itaque extra Deum est bonum & amabile Deo. [a] Pro. 20.

Prop. IV:

Deus creat cætera propter ipsamet.

[a] CUm enim nihil extra Deum sit illi amabile, & natum perficere ipsum, clarum est, si solus Deus consideretur, indifferens esse, creata sint necne: [b] Quare cùm Agens ex cognitione agat ex intentione boni, clarum est, Deum in creatione intendere bonum ipsarũ creaturarum, seu creare illas, ut ipsis, non sibi, benè sit. [a] Prop. 4. [b] Axio. 1.

Prop.

Prop. V.

Inter creata, aliqua creantur propter se; alia verò propter illa.

a *Prop. 4.* a CUm enim Deus producat creaturas propter ipsas;
b *Axio. 2.* b &, quod non meretur fieri, propter se, non mereatur ut aliud fiat propter ipsum; clarum est, aliquid vel aliqua facta esse proper se, & non omnia propter alia principaliter, Cúmq; rursus evidens sit, non singula facta esse principaliter propter
c *Phi. 1.* semetipsa, c cùm Naturæ ordo habeat ut unum corrumpatur ad generandum aliud, palàm est aliqua propter semetipsa esse creata, alia verò propter ipsa:

Prop.

Prop. VI.

Ens cognoſcitivum, quod agit non ſecundum dictamen intellectûs videntis quid ſit agendum, habet in ſeſe principium quod natum eſt eſſe oppoſitum rationi.

[a] CUm enim Enti cognſcitivo, ut tali, virtus agendi ſit cognitio, non poteſt agere adverſus cognitionem ſuam, niſi moveatur à cauſâ fortiori quàm ſit ipſa cognitio in ipſo, quæque impediat efficaciam cognitionis: ſed quod impedit operationem alicujus cauſæ facit operationem incompoſſibilem cum operatione cauſæ impeditæ, & ubi operationes ſunt oppoſitæ, etiam principia ſunt oppoſita, ergo principium im-

[a] *Pro. 12.*

impediendi rationem est oppositum rationi. Sed hoc principium vel est intrinsecum Enti cognoscitivo, & habetur intentum, vel quia facit Ens cognoscitivum agere adversus rationem movet aliquod principium ipsius adversus rationem, est itaq; in Ente cognoscitivo, &c.

Prop. VII.

Deus semper facit quod est optimum universitati creaturarum.

a 1. Pro. 31. a CUm enim quicquid est in Deo sit illi essentiale, intellectus ipsius illi est essentialis, non potest itaque esse in Deo principium aliquod adversum rationi, & quod sequitur Deus semper operatur secundum dictamen

dictamen intellectus, sed cùm non agat creaturas propter se, sed ut ipsis benè sit, semper facit quod facit ex purâ intentione ut illis optimè sit. Cùm itaque tunc optimum sit creaturis, quando totâ universitate rerum consideratâ optimum est quod fit, semper Deus operatur quod est optimum universo.

Prop. VIII.

Quoties Deus operatur in particularem creaturam facit quod est optimum illi, nisi offici at potiori bono.

CUm enim universitas creaturarum confletur ex singul, optimè est toti universo, cum singulis quàm optimè, fit quantum possibile est; quando

quando autem situs creaturæ inter cæteras non permitttt; ut quàm optimê sic huic nisi deterius sit alteri, cujus bonum est majus bonum universi, clarum est, ex intentione agentis, quod est optimum universitati, faciendum esse minùs boni particulari ut universo meliùs sit. Nisi autẽ bonum prælatum faciat esse melius universo, melius foret universo ut particulari prætermissum bonum datum fuisset, in paritate enim nulla est actio.

Prop.

Prop. IX.

Quod eſt creatum propter ſe, eſt imperibile ſecundum præſentem ordinem cauſarum.

[a]CUm enim bonum unicuique ſit quod eſt ſecundum naturam ipſius, [b] & Deus faciat optimum creaturæ particulari ſi non obſtet majus bonum, & quod creatur propter ſe, recipiat eſſe propter ſe, clarum eſt eſſe ſecundum naturam talis creaturæ abſtrahendo ab extrinſecis, habere eſſe ex meritis ſuis, hoc eſt quia eſt talis naturæ, itaque quamdiu eſt talis naturæ. [c] Sed imperfecta foret natura ſi non ad ſuos fines haberet ſufficientia media, tale itaque Ens ſemper conſervabitur, ſeu eſt ſimpliciter

a *Axio.3.*

b *Prop. 8.*

c *Axi. 2.*

ter imperibile ex hoc ordine causarum.

Prop. X.

Corpus non est creabile propter se.

a (Pro. 14.) [a] CUm enim omne quantum seu corpus sit compositum ex materiâ & formâ;
b (Pro. 12.) [b] & materia sit eadem in toto universo, & per consequens capax in singulis alterius formæ quàm ejus quam habet, sed & quantum intrinsecè divi-
c Prop. 4. sibile, [c] & divisibilitas sui subjecti, hoc est substantiæ corporeæ, fit quodlibet corpus ex intrinsecis suis tum substantiâ, tum quantitate esse natum interire, & quod sequitur esse causas activas in naturâ, per quas
d Prop. 9. possit interire, [d] &, quod sequitur

tur nullum corpus esse propter se creabile.

Prop. XI.

Motus ab indivisibile signato non potest extendi in infinitum.

A Signato enim indivisibili putà B, si motus in infinitum progrediatur erit divisibilis in infinitas partes æquales, si enim partes æquales non sint nisi finitæ non constituent totum infinitum. Si verò sint partes æquales infinitæ & extituræ, aliqua pars existet quæ per infinitas, partes æquales distabit ab æquali parte incipiente in signo B. Quare infinitæ partes æquales claudentur inter signum B. & illam partem, & existente illâ parte finitus erit motus quidam ex infinitis

finitis partibus æqualibus,[a] seu motus infinitus.

a *Axio.* 5.

Prop. XII.

Universum corporeum consistens ex corporibus, & eorum motibus non fuit creatum propter se.

Cum enim & motus interituri sint, & ipsa corpora interibilia,[b] &, quod est peribile non possit creari propter se, palàm est, mundum visibilem, sive corpora sola significet, sive cum suis motibus, non esse creabilem, & per consequens neq; creatum propter semetipsum.

a *Prop.* 11. & 10.

b *Prop.* 9.

Prop.

Prop. XIII.

Finis universi corporei sunt Animæ separatæ ex corporibus emergentes & causatæ.

CUm enim neque partes [a] corporeæ Mundi solæ; [b] neque motus ipsorum sint creabiles propter se, & per consequens non sint propter se, fit esse creatas propter aliud, & quod sequitur habere ulteriorem finem propter quem sint. Quare cùm Entia creata vel sint corpora vel spiritus, finis universi corporei erit aliquod genus spirituum. Cùm itaq; necesse sit spiritus vel pendere à corporibus antequàm sint actu, vel numquam pendere à corporibus, [c] cùm corpus non possit agere in spiritum actu existentem,

[a] *Prop.* 10.
[b] *Prop.* 12.
[c] *Pro.* 19.

tem, patet, ſiqui ſunt ſpiritus immediatè, & ſine concurſu corporum à Deo conditi, Mundum non eſſe conditum propter eos, cùm non habeat rationem medii, & utilis reſpectu eorum. Conſequens itaque eſt Mundum factum eſſe propter ſpiritus è corporibus emergentes, & eſſe accipientes per illorum auxilium, cùm ipſæ ſint propter ſe utpote æviternæ & imperibiles, & corpora propter hujuſmodi ſpiritus non propter alios.

Prop. XIV.

Deus creavit cætera propter ſemetipſum.

2 *Prop.* 31. [a] CUm enim Beatitudo, ſeu finis ultimus ſpirituum ſit videre Deum, hoc eſt conjungi illi

illi, & frui illo, palàm est eos à Deo condi ad ipso fruendũ, hoc est ut ipse sit finis eorum, & illi propter eum ut finem. [b] Cúmq; rursus universitas corporum facta sit propter spiritus, & finem eorum, seu ut perducant eos ad Deum, clarum est etiam eos ultimatè factos esse propter Deum. Creavit itaq; Deus cuncta propter semetipsum tanquam rerum creatarum finem. Et quoniam videntes Deum eo ipso laudem, & gloriam dent nomini ipsius, etiam propter gloriam suam omnia creavit Deus.

[b] Pro. 13.

Prop.

Prop. XV.

Mundus seu Universum corporeum est instrumentum Creatoris ad educandas mentes incorporatas ad Beatitudinem.

[a] Prop. 13. [a] CUm enim finis mundi, & creationis ipsius sint Animæ separatæ ex corporibus emergentes, [b] & finis earum sit videre Deum, [c] &, si sint adæquatè secundum naturam dispositæ, hoc habeant in primo esse separationis, [d] &, quod habent in primo esse sequatur ex iis quæ gesta sunt in corpore, clarum est, finem Mundi esse perficere animalia virtute spiritualia, sicut in primo instanti separatationis Animæ eorum sint Beatæ; & per consequens mo-

[b] 21 Pro. 31.

[c] 21 Pro. 32.

[d] 6 Pro. 32

motus qui sunt forma mundi, sunt ejusmodi ut partim talia Animalia faciant habere corpora apta ad actus Animæ seu cognitiones, partim ut cognitiones, & affectus introducant quibus Animalia secundum mentem disponantur ad Beatitudinem, seu Visionem Beatificam.

Prop. XVI.

Mentes incorporatæ pleræque ad Beatitudinem perveniunt.

CUm enim instrumentum [a] sit propter actionem seu effectum propter quem fit, instrumentum illud est substantialiter malum quòd substantiam sui effectûs non est natum perficere. Quare, cùm Mundus sit instrumentum ad perducen- [a] *Axio. 4.*

das mentes incorporatas ad Beatitudinem, nisi hoc efficiat, erit substantialiter malus; substantia autem Beatificandi genus humanum clarè est, ut tot particulares Animæ beatificentur ut quæ deficiant non sint sufficientes ad partem considerabilem totius multitudinis constituendam. Quare, neque integer, id est, finitus jam mundus, erit instrumentum substantialiter bonum, nisi pleraque animalia virtute spiritualia ad
b Pro. 1. Beatitudinem pertingant. [b] Sed cùm Deus sit universaliter cognoscitivus, & perfectus seu
c Prop. 4. bonus, [c] & quæ facit propter bonum creaturarum agat, clarum est, illum nihil, nedum Mundum, hoc est, adeò ingentem terminum operationis suæ feciſſe substantialiter malum. Est itaq; Mundus substantialiter

ter bonus, & pleræq; mentes incoporatæ ad Beatudinem pertingunt.

Prop. XVII.

Deus gubernat Mundum per Intelligentias seu Angelos.

[a] CUm enim quodcunque corpus vel quot cunque corpora, sive in quiete sive in motu posita, non possint incipere vel continuare motum sine extrinseco Agente, [b] sed neque corpus extrinsecum possit ea movere nisi ipsum etiam moveatur, fit necessarium esse Agens incorporeum ad hoc ut universum corporeum incipiat, & prosequatur motus suos. Sed hoc Agens incorporeum neque est Deus, [c] qui nihil operatur nisi existentiam, & conse-

[a] *βPro. 3. & 4.*

[b] *βPro. 26.*

[c] *nPro. 26.*

quentia ad ipsam ex vi ipsius existentiæ : Neque Anima separata quæ non potest existere nisi post inceptum motum universi ; Debet itaq; esse spiritus aliquis à corporibus independens. Sed tales spiritus dicimus Intelligentias vel Angelos; At dare & continuare motus qui in mundo sunt est gubernare mundum. Deus ergò gubernat mundum, per Intelligentias seu Angelos.

Prop. XVIII.

Natura Angelica est integrè creata.

a 1 Pro. 3. [a] CUm enim Intelligentia sit creatura spiritualis, [b] est b Prop. 9. imperibilis, & ex meritis suis digna existere seu propter se creabilis ; [c] Quare, cùm Deus c 2 Pro. 23 sit

sit paratus infundere esse si à parte creaturæ non sit defectus, quælibet Intelligentia possibilis erit actu creata, hoc est, tota natura Angelica in omnibus suis suppositis, seu integrè est creata.

Prop. XIX.

Deus ad rectam gubernationem Mundi non indiget aliis instrumentis quàm Intelligentiis, & corporibus.

[a] CUm enim hæ Intelligentiæ primos motus efficiant, palàm est esse activas circa corpora,[b] & quoniam efficacia earum est superioris rationis ad efficaciam corporum, consequens est, intelligentias posse per corpora agere quicquid per ea agi natum est.

a Prop. 17.

b 1 Pro. 12.

c 1 Pro. 25. c Cúmq; rursus intelligentiæ in primo sui esse intelligant omnia quæ connexionem cum ipsis habeant. &, per consequens, quid sibi sit agendum in totâ d 1 Pro. 26. æternitate, d sintq; in ultimâ dispositione illud agendi in debitis circumstantiis, patàm est, positis intelligentiis, & corporibus in quæ & per quæ agant, non requiri alia instrumenta ad quamlibet, hoc est, optimam administrationem mundi. Deus itaq; &c.

Prop. XX.

Intelligentiæ nonnunquam immutant ordinem purorum corporum.

CUm enim clarum sit pura corpora ex primo situ, & motu in creatione collatis consequentiam

sequentiam quandam motuum & effectuum trahere, ut si nihil extrinsecus adveniret nullus effectus non foret visus in ipsis principiis primò positis, hunc ordinem dicimus purorum corporum. [a] Sed quia Animalia, virtute spiritualia sunt finis Mundi, [b] & finis eorum Visio Dei in futurâ vitâ ex hujus vitæ actibus consequenda, [c] & eorum pleraque sint ad Beatitudinem perducenda, [d] & secundum naturam sit ut purè ministerialia adaptentur ad ea quæ habent rationem finis; concluſum est, si bona gubernatio Animalium virtute spiritualium hoc requirat, mutandum esse ordinem purorum corporum. Quare, cùm evidens sit, genus humanum non posse connaturaliter perduci ad Beatitudinem, nisi universalis quæ-

[a] *Prop.* 15.
[b] *Prop.* 31. & 32.
[c] *Prop.* 16.
[d] θ *Axi.* 3.

dam perſuaſio accommodandi hanc vitam ad futuram introducatur in ipſam, & experientia tot millium annorum, quos duravit in maximâ parte mundi, ordo purorum corporum demonſtret ex vi illius non poſſe introduci. Conſequens eſt, non connaturaliter gubernari Mundum niſi aliquando mutetur ordo purorum corporum. Quare, neceſſe eſt, intelligentiis nonnunquam immutare ordinem purorum corporum.

Prop.

Prop. XXI.

Deus in gubernatione Mundi nihil immeditatè, & ſpecialiter agit.

[a] CUm enim Deus per creationem, & conſervationem infundat intelligentiis, & cognitionem quid ſit agendum ad rectam mundi gubernationem, & volitionem id perficiendi: [b] Et intelligentiæ immiſſo motu primo in corpora univerſalem curſum naturæ faciant, [c] & quando opus eſt ad neceſſitatem Animalium virtute ſpiritualium eundem ordinem immutent, & nihil præterea requiratur ad rectam gubernationem Mundi, palàm eſt, Deo nihil reliquum eſſe præter creationem & conſervationem,

a 1 Pro. 25. & 26.

b Prop. 17.

c Pro. 20

hoc est nihil omnino de gubernatione, sed eam integrè commissam esse creaturis non erraturis à legibus divinis in creatione ipsis inditis.


FINIS.



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 37, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 37, [221] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 37, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 37, [222] - -

PUBLIC DOMAIN



2:ZEN Leibn. Marg. 37, [223] - -
PUBLIC DOMAIN